Siquis hominem plagauerit ut sanguis ad terram · || cadat f. 48r cui fuerit adprobatum · XV solidos culpabilis iudicetur,

Siquis hominem in caput plagauerit sic ut sanguis · ad terram cadat XV solidos culpabilis iudicetur.

et si exinde · trea ossa qui super ipso cerebro iacent exierint · XXX · soḍı culp.,

Si uero intra costas ita uulnus intrauerit · et usque ad interranea perueniat solidos XXX culpabilis iudicetur · de medicaturas uero hoc est solidos · VIIII ·

Siquis ingenuus · ingenuum de fuste percusserit ut sanguis ad terram non cadat usque ad tres colaphos id est uno hictu hoc est ternos solidos soluant;

Si sanguis exierit tale culpa · conponat quantum si eum de ferramentum uulnerasset.;

Siquis clausam manum ter alterum percusserit nouem solidos · ut per singulos hictos ternos solidos soluat;

Siquis alterum in uia expoliauerit et ei per fugam euaserit solidos LXII · culpabilis iudicetur,

DE EO QVI AD REGEM HOMINEM INNOCENTEM ACVSAT · QVI ABSEN EST., XVIII

Siquis hominem ad regem · acusat innocentem · qui absen · est · LXII · solidos culpabilis iudicetur;

DE MALEFICIIS HOMINUM; XVIIII

Siquis (herbas) alteri herbas dederit bibere ut moriatur · solidos · CC · culpabilis iudicetur;

Siquis alium herbas · dederit bibere et euaserit · solidos LXII · culpabilis iudicetur.,

DE EO QUI MVLIEREM · INGENUAM MANUM VEL BRACHIVM STRINXERINT · XX ·

f. 48v Siquis ingenuę mulieri ingenuus homo digitum (ł)‖uel brachium · strinxerit solidos XV. culpabilis iudicetur.

Si brachium presserit · XXX solidos culpabilis iudicetur certe si super cubitum manum miserit solidos XXXV. culpabilis iudicetur.,

DE NAUIUM FURATIS., XXI ·

Siquis extra consilium domini sui nauem alienam · mouerit · III · solidos culpabilis iudicetur

Si uero ipsam nauem de intra clauem furauerit XXXV solidos culpabilis iudicetur.,

Siquis ascum intra clauem furauerit repusitum solidos XLV culpabilis iudicetur;

DE FVRTIS IN MOLINO COMMISSIS · XXII ·

Siquis ingenuus in molino alieno anona furauerit cui molinus est hoc est ipso molinario · solidos XV · reddat · ei uero cui nona est alios · XV · culpabilis iudicetur.

DE CABALLUM EXTRA CONSILIUM DOMINI SUI ASCENSUM., XXIII ·

Siquis caballum alienum extra consilium domini sui · caballicauerit solidos XXXV. culpabilis iudicetur;

DE HOMICIDIIS BARUULORUM · ET MULIERUM., XXIIII ·

Siquis puerum intra XII anms usque ad duodecimum plenum (h)occiderit solidos · DC · culpabilis iudicetur.,

Siquis puerum crinitum · sine consilio parentum totunderit · solidos XLV · culpabilis iudicetur. ||

Si uero puellam · sine consilio parentum totunderit solidos f. 49r
XLV.. culpabilis iudicetur;

Siquis puerum crinitum occiderit solidos DC. culpabilis iudicetur.,

Si feminam grauem trabatterit solidos DCC. culpabilis iudicetur.,

Si uero infantem in uentrem matri suæ occiderit · aut antequam nomen habeat solidos · C · culpabilis iudicetur.,

Si uero puer infra XII · annis culpas aliquas commiserit fredus ei non requiratur.,

Siquis feminam ingenuam postquam infantes coeperit habere occiderit solidos · DC. culpabilis iudicetur,

Siquis feminam occiderit postquam · infantes deserit habere solidos · CC. culpabilis iudicetur.

DE ADULTERIIS ANCILLARVM · XXV ·

Siquis (cum) ancillam alienam moechatus fuerit solidos XV. culpabilis iudicetur.,

Siquis cum ancillam regis moechatus fuerit sibi publice iunxerit ipse cum ea in seruitio permaneat;

Si uero seruus cum ancilla aliena moechatus fuerit et ex ipso crimine ancilla ipsa mortua fuerit seruus ipse aut · CC · XL · diñ qui faciunt sex solidos domino ancille inferat aut castretur dominus uero serui capt in loco · restituat.,

Si ancilla ex hoc · || mortua non fuerit seruus aut CCC · f. 49v
ictos accipiat aut tres solidos pro dorsum suum · domino ancille conponat.,

Si seruus cum ancilla aliena sibi in coniugio · sociauerit solidos tres culpabilis iudicetur.

DE LIBERTIS DEMISSIS. XXVI ·

Siquis alienum letum extra consilium ante regem per dinarium ingenuum demiserit solidos · C · culpabilis iudicetur res uero leti · ipsius domino reformentur.,

Siquis seruum alienum ante regem · per dinarium ingenuum demiserit solidos XXXV. ivdicetur · et praecium serui domino suo reddat;

DE FURTIS DIUERSIS., XXVII·

Siquis tintinum · de porcina aliena furauerit solidos XV. culpabilis iudicetur.,

Siquis de pecoribus furauerit solidos · III · culpabilis iudicetur.,·

Siquis pedica · de caballo furauerit · solidos · III · culpabilis iudicetur.,

Siquis uero caballi · ipsi perierint ipsos in capitale reddat,

Siquis (al)messe aliena in furtu metere inuentus fuerit · solidos XV · culpabilis iudicetur.,

Siquis in orto alieno in furtu ingressus fuerit solidos · XV · culpabilis iudicetur,

Siquis de campo alieno anonam furauerit · et eam in carro uel in caballo portauerit solidos XV. culpabilis iudicetur

Si uero in dorso portauerit · solidos III · culpabilis iudicetur. ‖

f. 50r Siquis pratum · alienum · secauerit opera sua perdat et si ex fenum secauerit in furtu duxerit · et discauerit · solidos XXXV · culpabilis iudicetur;

Si uero tantum praesum(se)serit quantum in dorsum suum portauerit · solidos · III · culpabilis iudicetur.;

Siquis uineam alienam · in furtum uindimiare inuentus fuerit solidos XV. culpabilis iudicetur.,

Si(q̃) uero uinum exinde ad domum suam adduxerit et discaricauerit excepto capitalia et delatura · solidos XLV· culpabilis iudicetur; De messibus uero similiter obseruandum · est;

Siquis · in siluam materium alienum incenderit aut cappulauerit solidos XV. culpabilis iudicetur;

Si uero materio · ex una parte dolato in furtu · priserit · solidos · III · culpabilis iudicetur.

Siquis ligna alterius in silua furauerit solidos · III · culpabilis iudicetur.,

Siquis retem ad anguilas de fluuio furauerit solidos XLV. culpabilis iudicetur.;

Siquis statuam tremalem aut uerteuolo de fluuio furauerit solidos XV culpabilis iudicetur.,

Siquis screona sine clauem · efrigerit · solidos XV · culpabilis iudicetur.

si clauem habuerit · XLV · solidos culpabilis iudicetur.,

Siquis campum alienum arauerit et non seminauerit solidos XV. culpabilis iudicetur.;

Siquis campum alienum arauerit et seminauerit solidos · XLV · culpabilis iudicetur·;·

Siquis cum seruo alieno aliquid negotiauerit solidos XV. culpabilis iudicetur:, ‖

DE ELOGATIONIBVS. XXVIII. f. 50ᵛ

Siquis in furtum aliquid elocare · uolu(it)t (eri) · cui fuerit adprobatum solidos · LXII · culpabilis iudicetur;

Siquis in furtu elocatus accepto prętio hominem occidere uoluerit cui fuerit adprobatum · solidos LXII · culpabilis iudicetur.,

Si uero post tertio elocatio · ipsa fuerit transmissa LXII · solidos culpabilis iudicetur hoc sic dans accipiens portans LXII · solidos singuli eorum culp iuđi.,

DE DEBILITATIBVS: XXVIIII·

Siquis alteri manum pedem uel oculum eicerit aut · auriculam · uel nasum amputauerit solidos · C · culpabilis iudicetur.,

Si uero manus ipsa · ibidem manca penderit · solidos · LXII · culpabilis iudicetur:,

Siquis pollecarem · de manu uel pede excusserit · solidos LXV · culpabilis iudicetur.

Si uero ibidem pendiderit mancatus solidos (culp) (XXX.) culpabilis iudicetur.;

Si uero secundo digito unde sagittatur excusserit solidos XXXV. culpabilis iudicetur.,

Sequentes uero digiti hoc est si tres pariter in uno ictu · excusserit · solidos XL · culpabilis iudicetur.,

Si duos XXXV· si uno XXX solidos culpabilis iudicetur.,

Siquis hominem ingenuum castrauerit solidos · III · culpabilis iudicetur · excepto medico · nouem solid.,

DE CONUITII · S.

Siquis alterum cinitum uocauerit solidos XV · culpabilis iudicetur.,

f. 51r Siquis alterum concatum · clamauerit · ‖ solidos III · culpabilis · iudicetur.,

Siquis alterum uulpem · clamauerit · solidos III · culpabilis iudicetur.

Siquis alterum delatorem aut falsatorem · clamauerit et non potuerit adprobare solidos XV· culpabilis iudicetur,

Siquis mulierem ingenuam siue uir siue mulier alteram meretricem clamauerit et non potuerit adprobare solidos · XLV culpabilis iudicetur.

Siquis alterum inputauerit quod scutum suum iactasset · et non potuerit adprobare solidos III· culpabilis iudicetur.

DE VIA LACINA. ·XXXI·

Siquis barone de uia sua ostauerit aut inpinxerit solidos XV· culpabilis iudicetur.

Siquis mulierem ingenuam de uia sua ostauerit · aut inpinxerit · solidos XL(U.X) culpabilis iudicetur.

DE LEGAMINIBUS INGENUORUM. XXXII·

Siquis hominem ingenuum sine causa legauerit solidos · XXX· culpabilis iudicetur.,

Si uero ipsum ligatum aliqua pate duxerit solidos XLU. culpabilis iudicetur.,.

DE VENATIONIBVS., ·XXXIII·

Siquis uero diuersis uenationibus furauerit et celauerit · solidos XLV culpabilis iudicetur.

Qualem legem · de uenationibus talem et de piscationibus conuenit ob(r)eruare(t.),

Siquis ceruum · domesticum · signum · habentem furauerit et occiderit qui ad uenationem · consuetus · est · et per testibus adprobatum · est · quod eum dominus suus · · in uenationes · ‖ habuit et cum ipso tres uel duas feras occidisset solidos XLV. culpabilis iudicetur. f. 51ᵛ

Alium uero domesticum qui in uenationem adhuc non fuit XXX · solidos culpabilis iudicetur.,

DE SEPIBVS. XXXIIII ·

Siquis · uero tres uirgas unde sepis contenetur cappollauerit aut tres cambortos inuolauerit · aut unde labor clausa · est tres cambortos exceruicauerit solidos XV · culpabilis iudicetur.

Siquis messem alienam postquam leuauerit carrugam traxerit aut carrum sine uia transierit solidos III · culpabilis iudicetur;

Siquis per alienam messem iam expalmitantem sine uia transierit solidos XV · culpabilis iudicetur.

Siquis per malum ingenium in arte alterum · aut in casa uel ubi libet · aliquid miserit hoc · est nesciente domino et ibidem · uictus fuerit solidos · LXII · culpabilis iudicetur,

DE HOMICIDIISERUORUM VEL EXPOLIATIONIBVS., XXXV

Si seruus seruum aut ancillam sibi similem occiderit **maɪ theolidiaf teuleudina** hoc est, ut homicida illum domini inter se diuidant,

Siquis ingenuum seruum alienum expoliauerit et ei supra XL · diñ · quod ualet tulisse conuincitur solidos XXXV · culpabilis iudicetur.

Si uero minus quadraginta diñ · ‖ expolia eius minus ualuerint solidos XV · culpabilis iudicetur. f. 52ʳ

Si homo ingenuus letum expoliauerit · solidos XXXV culpabilis iudicetur.,

Si seruus uel letus hominem ingenuum · occiderit homicida illa · pro medietatem conpositionem pro homine occiso · parentibus tradatur dominus uero serui aliam medietatem se nouerit soluiturum.,

Siquis puerum ad ministerium quod · est · **thorogao** puella ad ministerium · aut fabrum ferrarium aut aurificem · fărauerit aut occiderit aut porcario in facto et freto solidos XV in summa simul solidos LXXV culpabilis iudicetur,

DE QVADRVPEDIBUS · SI HOMINEM OCCIDERIS · XXXVI ·

Siquis ex qualibet quadrupedibus domesticus hominem occiderit et hoc per testibus · potuerit adprobare · medietatem conpositionis dominus quaduipedi · ipsius gogatur exsoluere pro alia medietate ipsum uero quadrum pedem auctorem criminis · per medietatem · conpositionis restituat requirente.,

DE VESTIGIO · MENANDO · / XXXVII /

Siquis bouem aut caballum uel quem libet animal in furtum perdiderit et eum dum per uestigium · sequitur fuerit consecutus usque inter tres noctes si ille qui eum ducit aut
f. 52v emisse · aut campiasse si dixerit · uel proclamauerit ‖ ille qui per uestigium sequitur rés suas per tertia manu debit · achramnire · Si uero iam tribus noctibus qui res suas quaerit et eas inuenerit ille aput quem inueniuntur · si eas emisse aut · campiasse dixerit ipsum liceat ahramnire.,

Si uero ille qui per uestigium · sequitur quod se agnoscere dicit · illo alio reclamante nec auferre per tertia manu · uoluerit nec solem secundum legem colecauerit · et ei uiolenter aut agnoscere dicit tullisse conuincitur · solidos XXX · soluat.,

DE FVRTV GABALLORUM ET EQVITARVM · XXXVIII ·

Siquis caballum qui carucam trahit furauerit solidos XLV · culpabilis iudicetur.

Si uero admissarium cum grem suum hoc est cum CII · equas furauerit solidos LXII · culpabilis iudicetur · excep cap et delatura.,

Si uero grex minor fuerit usque ad septem capita · et cum admissario · furate fuerint causa superius · intimata conuenit obseruare

Siquis polletro · anniculum furauerit solidos · XV · culpabilis iudicetur · excepta capitalia et delatura;

Sequenti · polletro · furauerit · solidos · III · culpabilis iudicetur;

Siquis iumentum alienum · trabatterit · solidos XXX · culpabilis iudicetur;

Siquis caballum arienum excorticauerit · solidos · III · culpabilis iudicetur;

DE PLAGIATORIBVS. XXXVIIII·

Siquis mancipia aliena sollicitare uoluerit solidos XV · culpabilis iudicetur., f. 53r

Si seruus alienus fuerit plagiatus et ipse trans mare ductus fuerit(i) · et ibidem a domino suo fuerit inuentus et ad quod ipse in patria sua plagiatus est in mallo publico . nominauerit tres ibidem testes · debeat collegere. Iterum cum seruus ipse si trans mare fuerit reuocatus in altero mallo · similiter fieri debet ut nouem testes iuret ut seruum ipsum per tres mallos equaliter super plagiatorem dicentem audierint sic postea qui eum plagiauit debet **mal mallo.** solidos· XXXV · excep cap et delatura

qui confessio serui · usque ad tres plagiatores admittitur., Sed ea tamen · ratione ut nomina hominum et uillarum · semper et debeat nominare

Siquis hominem ingenuum plagiauerit et uendiderit · solidos · C · C · culpabilis iudicetur.,

SI SERVVS IN FVRTV FVERIT INCVLPATIS. XL·

Si talis fuerit causa · unde ingenuus solidos XV · conponere debuerat · seruus super scamnum tensus · C · XXXV · ictos accipiat., Si uero ante quam torcatur fuerit confessus et ei cum domino serui · conuenerit sol̃ culpabilis iudicetur. Pro

dorsum suum conponat · et capitalem dominus in locum restituat.,

Si tamen maior culpa fuerit unde ingenuus solidos XXXV ||
f. 53v soluere possit similiter seruus CXXI · colapos//// accipiat · et si confessus non fuerit ille · qui eum torcuit · si adhuc uoluerit · ipsum seruum torquere etiam nolente domino pignus · domini serui dare debeat · et sic seruus postea ad supplicia · maioribus similiter datur et si confessus fuerit nihil illi · super dominus credatur., Si uero ipsum seruum habetur · usque eum torsit dominus serui unde pignus praetio pro seruo accipiat.,

Si uero inter priora (p)supplicia · id est intra · C·XX·I· colapos fuerit confessus aut castratur · aut sex solidos soluat. dominus uero serui · capitalem restituat requirentibus.,

Si uero in maiore crimine seruus inculpetur unde ingenuus · XLV · solidos culpabilis iudicetur · et inter supplicia · confessus fuerit · capitale sententia feriatur;

Si uero seruus · in qua libet crimine inculpetur dominus serui · ipsius si prẹsens · est·· ab eo qui recepit admonere debet ut seruus iustis debeat suppliciis dare ubique repetit et uirgas paratas habere debet quæ ad magnitudinis minoris digiti sunt · et scamnum paratum ubi ipsum tendere debeat;

Si dominus serui · supplicia dare distulerit · et si seruus · prẹsens fuerit continuo ipse qui repetit dominus serui · ||
f. 54r solem culcauerit et in septe noctes placitum facere debet ut seruum ad supplicia tradatur·;

Quod si adhuc septem noctes seruum tradere distulerit solem ei · quod repetit iterato culcet et sic ad · alia septem noctes placitum faciat · id · est · ut in quattuordecim noctes de prima admonitiones · conpleatur ··

Quod si inpletis XIIII noctes · et si seruum noluerit suppliciis dare omnem causam · uel conpositionem dominus · in se excipiat · hoc est ut si talis causa · est · unde ingenuus · solidos XXXV · poterat reddere similiter dominus soluat.

Si uero adhuc maior culpa fuerit similiter unde ingenuus

· XLV · solidos conponere possit et dominus seruum non presensauerit ad ipso numero reddat et capitalem.,

Quod si etiam adhuc maior culpa fuerit quod ad seruo requiratur · dominus non ut seruus soluat sed ut ingenuus totam legem super se soluiturus excipiat.,

Quod si seruus absens fuerit cui aliquid inputatur dominus serui a repetenti cum tribus testibus praesentibus secretius admonere debet ut seruum suum infra septem noctes debeat praesentari. quod si non fecerit tunc repetens solem illi cum testibus ‖ culcet si ad alias septem noctes · ipsum f. 1
seruum non praesentauerit · tertia uice adhuc septem noctes ille spatio dare debet id est ut totus numerus ad XXV · noctes ueniat. quod si post tres · placitos · ipsum seruum noluerit ligatum praesentare et suppliciis dare et ei per singulos placitos solem culcauerit., Tunc dominus serui · omnem receptionem sicut superius diximus non qualem seruus sed qualem ingenuus si hoc admisisset talem conpositionem repetenti · restituat;

Si uero ancilla in tale crimine inculpatur unde seruus castrare debetur solidos sex culpabilis iudicetur. sic conuenit ut dominus hoc pro ipsa reddat aut C · C · XLII · ictos accipiat · flagellorum;

Siquis cum seruum alienum negotiauerit solidos XV · culpabilis · iudicetur;

DE HOMICIDIIS · INGENORUM., XLI·/

Siquis ingenuum Francum · aut barbarum occiderit · qui legem Salicam uiuit solidos · CC · culpabilis iudicetur.,

Si uero eos in puteo aut sub aqua · miserit solidos. DC · culpabilis iudicetur ex qua libet celatura sicut supra diximus culpabilis iudicetur;

Si non fallaniuit **maſ mo antheuthi** · sunt diñ · VIII · qui faciunt solidos · C · C · culpabilis iudicetur;

Si uero eos de hallis · aut de rama super aperuerit **maſ. marchat** sunt · diñ · XXIIII · solidos · DC · ‖ culpabilis iudicetur., f.

Siquis autem eum qui in truste dominica · est occiderit

maſ leude sunt diñ XXIIII · qui faciunt solidos · DC · culpabilis iudicetur;

Si uero eum in aqua · aut in puteo miserit · solidos · DCCC · culpabilis iudicetur.,

Si uero de hallis aut de rama · cooperuerit · ſolid · I · DCCC · culpabilis · iudicetur.,

Si uero Romanus homo conuiua regis occisus fuerit · solidos · CCC · culpabilis iudicetur;

Si autem Romanus homo possessor occisus fuerit qui eum occisisse probatus fuerit sold culpabilis iudicetur.

Siquis Romano tributario occiderit · C · XX · sold · culpabilis iudicetur;

Siquis hominem inuenerit in quadruuio sine pedes · et manus quem inimici sui demittunt et eum perocciderit · solidos · C · culpabilis iudicetur;

Siquis hominem ingenuum in puteo iactauerit ut uiuos inde exeat · solidos · C · culpabilis iudicetur;

Siquis ingenuam puellam occiderit maſ chiſ mala sunt diñ · VIII · qui faciunt · solidos · CC · culpabilis iudicetur.,

Siquis · mulierem ingenuam · postquam ceperit nutrire occiderit · solidos · DC · culpabilis iudicetur.

Post media uero etate et postquam infantes · non potest habere qui eam occiderit solidos · CC · culpabilis iudicetur.,

Si quis puerum crinitum occiderit solidos · DC · culpabilis iudicetur.;

35v Siquis infantem in uentre retro matre occiderit · ‖ aut ante quam nomen habeat solidos · C · culpabilis iudicetur·;

Siquis feminam grauem occiderit solidos · DC · culpabilis iudicetur.,

DE HOMICIDIIS A CONTVBERNIO FACTIS., XLII·

Siquis · collecto contubernio hominem ingenuum in domum suam asalliuerit et ibidem eum occiderit maſ cham beſta liæ· solidos · DC · C · C · culpabilis iudicetur · et si in trustæ dominicam ille qui occisus fuerit · solidos · ſ · DCCC · culpabilis iudicetur · qui eum occisisse si probatur;

Si uero in truste dominica ille qui occisus est non fuerit solidos · DC · culpabilis iudicetur.

Si uero corpus occisi hominis usque ad tres uel amplius habuerit plagas tres quibus inculpatur qui in eum contubernium fuisse probatur · legis suberius conprehensa cogatur exsoluere., Alii uero tres de eo contubernio hoc est nonagenos solidos singulari eorum · soluant et tres adhuc · in tertio loco de eo contubernio · solidos LX soluantur.

De Romanis uero occisis uel letis haec lex medietatem soluatur;

Siquis uillam alienam expoliauerit et res inuaserit · **maſ malach · fal tıo** sunt · diñ · II · DC · qui faciunt solidos · LXII · culpabilis iudicetur.;

DE HOMICIDIIS · IN CONTVBERNIO FACTIS ·; XLIII

Siquis contubernio ubi quinque fuerint et unus ex ipsis fuerit interfectus **maſ ſeu | lando ueua** hoc est ut illi · qui remanent aut toti morti morti illius coniectent quæ lex usque ad septimo qui fuerint in conuiuo illo conuenit obseruari. f. 56[1]

Si uero in conuiuio obnoxii · sed quibus fuerit adprobatum secundum legem conponat;

Siquis uero contra casa · ibi iter agens sibi in agro · positus a contubernio fuerit occisus et tres uel amplius habuit plagas **maſ · droc fledıo** hoc est singulatim mortem illius coniectent et tres si plures fuerint de eo contubernio · XXX · solidos unusquisque illorum et tres adhuc de ipso contubernio solidos XV · conponant., eri

DE REBVS. XLIIII ··

Sicut adsolet homo moriens et uiduam demiserit · qui eam uoluerit accipere antequam eam · accipiant ante thunginum aut cente(a)narium mallum indicant et in ipso mallo scutum habere debet et tres homines tres causas · mandare et tunc ipse qui duam acciperit debet tres solidos equos pensantes et dinarium habere · et tres erunt qui solidos

pensare uel probare debeant hoc facto si eis conuenerit · ‖
f. 56v sic eam · accipiat,

Si uero istud non fecerint et sic eam · acciperit solidos XLII · culpabilis iudicetur. Cui rēibi debentur exsoluere;

Si uero quod superius diximus omnis secundum legem impleuerit · III · solidos ille cui re debentur accipiant

hoc discernendum est cui rei debetur

Si uero nepus sororis filius fuerit senior ille accipiat.

Si uero nepus non fuerit neptis filius senior in se · accipiat.,

Si uero neptis filius non fuerit consobrini · filius qui ex matre genere uenerit · ipsi accipiant.,

Si uero nec consobrini filius non fuerit tunc auunculus frater matris re ipsa accipiat.,

Si uero · nec auunculus · non fuerit · tunc frater illius ·; qui eam mulierem habuit si in hereditatem uenturus · non · est ipse reibus accipiat;

Si nec ipse non fuerit qui proximior fu merit extra superius nominatos qui singulatim · secundum parentilla dicta erunt usque ad sexto genuculo si (non in · here fuerit)ditatem illius mariti · defuncti · non accedat · ipse reibus illius accipiat

iam post sexto genuculo si non fuerit fico · recipi uel causa · quæ inde orta fuerit collegatur;·

DE MIGRANTIBVS., XLV(I) ‖

f. 57r Siquis super alterum in uilla migrare uoluerit et unus uel aliqui de ipsis qui in uilla consistunt eum suscipere noluerit si uel unus extiterit qui contra dicat migrantem ibidem licentiam non habeat;

Si uero contra dicto unus uel duorum uillam · ipsam adsedere presumserit., Tunc testare debet et si noluerit · inde exire i(lle nde) qui ei testat cum testibus., Sic ei testare debet · ut in decim noctes ⊹|⊹ (*am rechten Rande von derselben Hand:* ⊹|⊹ exeat et si adhuc · p̃ X noctes iterum debet ad ipsum uenire ei testare ut iterum X noctes.,) inde debeat exire; Sex inde

noluerit exire iterum tertio ad decim noctes placitum addat et sic triginta noctes impleantur et si nec tunc uoluerit exire tunc maneat eum · ad mallum et testes suos · in singulos placitos habeat si ipse cui testatum · est noluerit uenire et eum aliqua sunnis · detenuerit et testes quos superius diximus · secundum legem testatus · est., Tunc ipse qui testauit ut super furtunam suam ponat et roget grafionem ut accedat ad locum ut eum inde expellat · qui legem noluit audire quod ibidem laborauit demittat et insuper solidos XXX culpabilis iudicetur.,

Si uero qui migrauit et infra X · menses · ‖ mallatus f. 57ᵛ nullus testatus fuerit ubi a(d)migrauit securus sit sicut et reliqui uicim · maneat.,

DE ACFATMIRE; XLVI·

Hoc couenit obseruare ut turginius aut centenarius mallum indicent et scutum in ipso mallo · habere debeat et postea tres homines tres causas demandare debeant et postea requirant homine qui ei non pertineat et festucam in lesio suo iactet ipse in cuius lesio festucam iactauit de fortunam suam quam tum uoluit dare ut totam fortunam cui uoluerit dare et ipse in casa ipsius manere debet et hospites tres suscipere debet · et facultatem suam · habere debet et postea ipse cui istum · creditum est ista omma cum testibus collectis agere debet., Postea aut ante regem aut in mallo legitimo cui fortuna sua deputauit reddere debet · et accipiat in mallo festucam et in mallo ipso ante duodecim menses · ipsi coheredes deputauit in lesium iactauit nec minus nec maius nisi quantum ei · creditum est et si contra hoc aliquid dicere uoluerit debent tres testes · ‖ iusti dicere quod ibidem fuissent in f. 58ʳ mallum quem tungimus aut centenarius · dixerunt et quomodo uidissent illum qui fortunam suam · dare uoluit et in lesium iam · quem elegit festucam iactare et nominare debent et qui furtunam suam · in lesium iactat et si in lesio iactos et illum quæ heredem appellasse nominent similiter et alii

tres testes · iusti dicere debent. quod in casa illius qui fortunam dominauit ille in cuius lesium festuca iactata est ibidem mansisse et hospites tres illi · uel amplius de susceptione gratias egissent et in beoto pultes manducassent et testes collegissent ista · omnia · illi alii . tres testes · iurate dicere debeant et hoc quod in mallo · aut ante · regem uel legem · aut · legitimo mallo publice et ille qui accepit in lesum fortunam ipse ante regem · aut in mallum publicum hoc est ante deuda aut tunginum fortuna illa quos heredes appellauit publice quod ex omnibus festucam · iactatus sit nouem testimonia ista omnia adfirmare debeant.,

DE FILTORTVS QVI LEGEM SALIAAM VIVERIT XLVII · ‖

58v Siquis seruum aut ancillam cauallum aut bouem uel (qd)libet pecus cum alterum cognouerit mitat eum (uel) per tertiam manu et ille aput quem agnoscitur debet ad hominem ire et si citra mase aut Carbonaria ambo manent · et qui agnoscet aput quem agnoscitur in noctes XL · placitum faciant et in ipso placito quanti fuerint qui rem ipsam uendiderunt : aut campiauerint aut fortasse iussolutione dederunt omnes intra placitum istum · et communiantur., hoc est unus quisque cum negotiatoribus suis communitus fuerit · et eum sunnis non detenuerit et ad placitum uenire distulerit; Ille qui cum eo negotiauit mittat testes · III · quomodo ei nuntiasset et ut ad placitum suum ueniret et alteros · III · quod publice negotiasset · et idoniter istud si fecerit exuit se de latrocinio ille qui non uenerit super quem · III · testes iurauerint ille erit latro illius qui agnoscit et praetium reddat; Ille qui cum eo negotiauit et ille ei secundum legem · conponat · qui rés suas agnoscit ista omnia · facere debet in mallo ubi est hamallus super quem rés illas agnoscit aut in tertia manu missa fuerit quod si trans Legem · aut Car-
t. 59r bo‖nariam ambo manent cum quibus agnoscitur in octuaginta noctes lex ista · custodiant.,

DE FALSO TESTES · XVIII ·

Siquis testibus necesse habuerit ut donent et fortasse testes noluerint ad placitum uenire ille qui eos necessarios · habet satis facere uenire illos debet ut ea que noluerint · iura dicant;

Si uenire noluerint et eos sunnis non detenuerit solidos · XV · culpabilis iudicetur. unusquisque illorum;

Si uero presentes fuerint in testimonio uocati · et noluerint ea que nouerit · iurati dicere et forbanniti uenerẽ solidos XV · culp iuđi.,

DE FALSO TESTIMONIO., XL · VIIII ·

Siquis falsum testimonium · praebuerit solidos XV · culpabilis iudicetur.

cuiuscumque fuerit reputatum quod periurasset · et ei fuerit adprobatum iuratores solidos XV · culp iuđ · et ipse qui iurat solidos quinque culpabilis iudicetur.,

DE FIDE FACTIS., L

Siquis ingenuus aut litus · fidem fecerit tunc ille cui fides facta · est · in XL · noctis aut quomodo · pacitum fecerit quando fidem facit ad domum illius qui fidem fecit cum testibus uenire debet uel qui pretio adpretiare debent et ei si noluerit fide facta · soluere solidos · XV · culpabilis iudicetur., || supra debitum · quod fidem fecerit f. 59v

si ad/// huc noluerit conponere debet eum ad mallum manire et sic neſtiganti · huius mallare, Rogo te tungire ut neſtiganti his sagatio meo ille · qui mihi · fidem fecit et debitum debit · nominare qualem · debitum · uel undem fidem fecit., Tunc tunginus dicere debet neſtigante ego illum in hoc teneo · quod lex Salica habet · et tunc ipse cui fides facta est · debit testare ut nulli alteri nec soluat nec pignus donet solutionis nisi ante quod ei impleat quod fidem fecit et festinanter in domum illius qui ei fiđem fecit cum testibus ambulare debit et rogare sibi soluere solem ei culcet et si sol culcauerit tres solidos · super debitum superius adhuc addat · et usque

ad III · uices per tres nouenas facere debet · et si per · III · uices ista omnia facta noluerit adhuc conponere usque ad solidos nouem debitus ascendat id est · ut per III · dies solem calcatum ternos solidos crescant;

Siquidem factam ad placitum legitimum noluerit sol-
f. 60r uere tunc ille cui fides facta · est · ambulet · ‖ ad festucam et dica(t)m uerbum; Tú grafio homo ille qui mihi fidem fecit quem · legitime abeo admallatum · in hoc quod lex Salica contenit ego super me et fortuna mea pono quod securus · mitto manum super fortunam suam et dicat causam quantum ei fidem fecerit.; Tunc grafio collectis secum septem rachiniburgus idoniis et sic in casam illius · qui fidem fecit ambulent et rogent illum si praesens · est qui fidem fecit sic dicat; Uoluntatem tuam solue homine isto quod ei fidem fecisti · et elegi · de duos quod uolueris idoneos cum rachiniburgiis istos de quo soluere debis ut et pretiare debeant et hoc quod debis (q) secundum istum p̃tium satis · faciat · quod audire noluerit praesens aut absens., Tunc rachiniburgii · ad-praetiatum quantum uoluerit debitus quem debit(us) hoc de furtuna illius tollant et de ipsam legem · quam debeti duas partes ille cui causa est · ad se reuocet., Tertia parte grafio · ad se in fletum recollegat si tamen fredus ei · de ipsa causa iam non fuerit solitus

f. 60v et si grafio rogitus · fuerit., ‖ et sunnis eum non retenuerit aut (de certa causa ipsa causa)a uel ratio dominica et distulerit se ut non ambulet nequem aliquem transmittat de uita conponat ut quantum ualet sé redemat.,

DE GRAFIONEM AD RES ALIENAS INUITATO TOLLENT., LI ·

Siquis grafionem aliquid rogauit iniuste ad rés alienas tollere · ille qui eum rogat ut iniuste tollat · antequam mallatus fuerit aut fides ei facta fuerit · CC · solidos culpabilis iudicetur,

Ille uero qui rogat · grafionem aliquid infiscare(m) · CC · solidos culpabilis iudicetur.,

Si uero grafio inuitatus super legem aut debitum aliquid amplius tulerit aut se redo//em at aut de uita conponat.,

DE REM PRESTITAM., · LII ·

Siquis de rebus suis aliquid prestiterit et ei noluerit · reddere sic eum debet mallare cum testibus ad domum illius cui rés suas prestiterit accedat et contestetur · quia rés meas noluisti · reddere quas tibi prestiteram in hoc eas teneas nocte proxima quod lex Salica · contenit et sic ei solem culcet · et si nec tunc uoluerit reddere ad super septem noctes similiter facere debet si nec tunc uoluerit reddere ad alias septem nostes ad eum cum testibus uenire debet · et roget eum ut debitum · ‖ suum reddat; · Si nec tunc noluerit reddere solem f. 61r ei cultet et quod per tres uices sol ei culcauerit semper sinculas uices ternos solidos ad debitum adcrescant., Si uero nec tunc uoluerit reddere nec fidem facere reddendi super debitum ei · qui praestiterit et sic pro illos nouem solidos qui per tres admonitiones adcreuerint · solidos XV · culpabilis iudicetur

DE MANU AD ENEO REDEMENDA. ∴ LIII ∴

Siquis ad eneum · admallatus fuerit forsitan · conuenit ut ille qui admalatus · est ut manum suam redemat et iuratores donet. si talis causa est unde legitime solidos · XV · debeat., Si uero adprobatus fuerit solidos · III · manum suam redemat;

Si plus ad manum redemendam dederit fredum grafione soluat quantum · de causa · illa conuictus fuerit · redditurus erit;

Si uero causa fuerit que XXX · solidos si adprobatus fuisset · poterat culp iudic et sic conuenit ut manum suam redemat solid · V · quod si amplius dederit fredus grafione soluatur quantum de causa ipsa · si conuictus fuisset redditurus erat ‖ Ista redemptio de manu redemenda usque leudem · f. 61v sic manet;

Si uero leudem alter alteri inputauerit et eum ad eneum admallatum habuerit · et conuenit ut iuratores donet · et manum suam redemat · solidos · XXX · donet si amplius dederit aliquid fredus de leude ipsi grafione soluatur.;

DE GRAFIONE OCUSO., L · IIII

Siquis grafionem occiderit solidos · DC · culpabilis iudicetur·

Siquis saciborone · qui puer regius fuerit occiderit · solidos CCC · culpabilis iudicetur.,

Siquis saciborone qui ingenuus · est · et se saceborone posuit occiderit solidos · DC · culpabilis iudicetur.

Siquis in singulis malbergis plus quam tres non debent esse · et si de causa aliquid · id est quod eis soluitur · factum dixerit hoc ad grafionem non requirătur unde ille · securitatem fecerit.,

DE CORPORIBVS · EXPOLIATIS LV.

Siquis corpus hominis ante quam in terra mittatur expoliauerit solidos · LXII · culpabilis iudicetur.

Siquis corpus iam · sepultum expoliauerit uuargus sit ·
f. 62r usque ad die illa · quam ipse parentibus ‖ ipsius defuncti · conueniat et ipsi pro eum rogare debeant · ut ei inter homines accedere liceat · et quia ante quam conponat ad propriis parentibus pane aut hospitium · dederit solidos XV · culpabilis iudicetur; Tamen auctor sceleris · qui misisse · probatus · est · solidos · C · C · culpabilis iudicetur;

Siquis hominem mortuum · super alterum in nachao aut in petra miserit solidos XLV · culpabilis iudicetur.

DE HIS QVI AD MALLVM VENIRE CONTEMNUNT; LVI ·

Siquis ad mallum uenire contempserit aut quod ei a racineburgiis iudicatum fuit adimplere distulerit; Si nec tunc de conpositione est nec de eneo · nec de ulla lege fidem face uoluerit. Tunc ad regis . praesentiam · ipsum manire debet · et ei ibidem duodecim testes · erunt qui per singulas uices tér · iurati dicant quod ibidem fuer ubi · rachiniburgiis ·

iudicauerunt ut ad eneum ambulare debet aut fidem de conpositione facere et ille dispexerit; Iterum alii | alii tres · iurare debent quod ibidem fuissent post illa die · quando rachine- burgii(s). ‖ iudicauerunt aut pro eneum · aut pro · conposicionem f. 62v se educerit hoc est de illa die · in XL · noctes in mallobergo., Iterum ei sol culcauerit · et nullatenus legem noluit implere., Tunc eum debet manire ante regem hoc est · XIIII · et tria testimonia · iurare debent quod eum manissent., Si nec tunc uenerit ista omnia nouem testimonia · iurare debeant sicut superius diximus dicant., Similiter et illa tria testimonia qui ibi fuerunt ubi sol a legauit. tunc ista omnia fecerit qui eum ad mallum et ille qui admallatur ad nullum placitum · uenire noluerit., Tunc rex ad quem manitus · est · extra sermonem dominicum · conponat ipsi cui culpabilis erit · et omnes res · et qui cum · eum aut plagiauerit aut hospitem · collegerit accipiat · uxor sua propria solidos XV · culpabilis iudicetur donec omnia quam ei legibus inputantur conponat.,

DE RACINEBVRGIIS · LVII ·

Si racineburgiis bergo in mallo sedentes cum causas inter duos discutient, ‖ legem dicere noluerint debet eis dicere f. 63r ab illo qui causa · prosequitur . Hic ego uos tancno ut legem dicatis secundum legem Salicam.

Quod si illi dicere noluerint · et nec ternos solidos fidem · facere., Tunc sol illis culcet · et solidos XV culpabilis iudicetur.,

Si uero illi rachiniburgii sunt et non secundum legem iudicauerunt his contra quem sententiam · adderunt · causam agant et eis potuerit adprobare quod non secundum legem · iudicauerunt aliis · XV · sold culp iudi.

DE CHERA CRUDA LVIII

Siquis hominem occiderit et totam facultatem datam non habuerit unde conponat ut totam legem impleat · XII · iuratores donet quod nec super terram | plus de falultate non habeat quam iam donauit et postea debet in

casa sua intrare et ex quattuor angulos terram in pugno tollere debet · et sic postea in duropalo · quod dicitur limitare debet intus casa aspicere et sic de sinistra manu · de illa terra trans suas · sca(p)(b)ulas iactare super illum quem proximiorem · partem habet quod si proximor illo et mater
63v et frater solserint tunc superiorem · ‖ sororem et matrem aut suos filios debet illa terra iactare id est · super tres de generatione patris · qui proximores sunt et sic postea in camisa discinctus et discalciatus palo in manu sua · sepe sallire debet pro medietatem quantum de conposicione diger · est · aut quantum lex addicat illi tres soluant hoc est illi alii · qui de paterna generatione ueniunt facere debent.,

Si uero de illis plus habent iterum · super illum chera cruda ille qui pauperior est iactet ut ille totam persoluat.; Tunc illum qui homicidium fecit ille qui eum sub fide habet in mallum presentare debet et sic postea eum per quattuor mallos ad suam fidem tollant et si eum in conpositionem nullus ad fidem tollere hoc · est · ut eum redemat de hoc quod non persolsit de uita conponat./

DE ALODIS. LVIIII

Siquis ////mortuus fuerit et filios non dimiserit si mater sua · superfuerit ipsa in hereditate succedat.,

Si mater non fuerit · et fratrem et sororem · dimiserit ipsi in hereditatem succedant;

Si isti · non · fuerint. Tunc soror matris in hereditatem · succedat

& ſ si de illis generationibus quicumque fuerit proximior ille in hereditatem succedat.

De tera uero nulla in mulieri portio(ne) aut hereditas ·
64r est · sed ad uirili ‖ sexum qui fratres fuerint tota terra perteneat.'

DE EO QUÆ DE SE PARENTIBVS TOLLERE UULT · LX ·

In mallum ante tunginum ambulare debet · et quattuor fustes · salicinos super caput suum frangere debet et illos

in quattuor partes in ipso mallo mallo iactare debet et ibi dicere quod se de iuramento et de hereditate et de tota ratione illorum tollat. Et sic postea si aliquis de suis parentibus aut moriatur aut occidatur nulla ad illo nec conpositio nec hereditas ·· perteneat.,

DE CHAROENNA (XLI)

Siquis alteri de manu per uirtutem aliquid tulerit desuper illam rém in capitalem restituat et insuper solidos XXX · culpabilis iudicetur

siquis uero homo · q̃s libet rém super hominem in tertia manu miserit · et ei per uirtutem tulerit **malb̃ur charoenna** solidos XXX · culpabilis iudicetur.,

Siquis hominem dormientem expoliauerit · C · solidos culpabilis iudicetur.,

DE CONPOSITIONE HOMICIDII PATERNI QUALITER PARENTES INTER SE DIUIDAT LXII

Siquis cuiuscumque pater occisus fuerit conpositionem homicidii medietatem · filii collegant alia medietate parentes qui propinqui sunt tam de paterna quam et de materna diuidant quod si de una parte · nullus parens fuerit · ‖ illa portio f. 64ᵛ in fisco collegatur.'

DE HOMINE IN HOSTE OCCISO LX(X)III

Siquis hominem ingenuum in hoste occiserit · cui fuerit adprobatum · solidos · DC · culpabilis iudicetur.

Siquis uero in truste · dominica est ille qui occisus fuerit solidos · DCCC · culpabilis iudicetur.

DE ERBORGIUM · LXIIII

Siquis alterum herborgium · clamauerit hoc est **ftrıo | portıo** aut illum qui eneum · portat ubi strias · coquinantur et non potuerit adprobare solidos LXII culpabilis iudicetur.

Siquis mulierem striam clamauerit et non potuerit adprobare · XXXV solidos culpabilis iudicetur.

DE CABALLO EXCORTICATO · LXV

Siquis caballum extra consilium domini sui · decorticauerit si interrogatus · confessus fuerit caballum · in simblum reddat., Si uero negauerit et ei fuerit adprobatum · XXXV · solidos culpabilis iudicetur · excepto capitał · et dilatura.,

PACTUM PRO TENORE PACIS · DOMNORUM CHILDEBERTI ET CHOLOTHARII REGUM FRANCORUM LXVI

Et quia multorum licet insania conualuerunt males etiam inmanitates scelerum necesse est ut digna reddantur; Id ergo decretum est apud nos maioresque natus Francorum palacii procerum ut apud quemcumque post interdicto latro-
t. 65r cinio ‖ uite periculum incurrat;

Siquis ingenuam personam per furtum ligauerit et negator exteterit XII iuratores medios electos dare debet quod furtum quem obiecit uerum sit et sic latro redemendi se facultatem habeat; Si facultas deest tribus mallis parentibus offeratur et si non redemitur uita careat.,

DE FVRTV CELATO.. LXVII·

Siquis furtum uult celare et occulte conpositionem fecerit et qui acceperit latronem similis est illi.

DE MANU AD ENEVM · INCENSAM . LXVIII·

Si homo ingenuus · in furtum inculpatur et ad eneo ei manus incenderit quantum inculpatus fuerit tantum conponat.,

SI SERUUS IN FURTVM INCVLPATUR. LXVIIII·

Requiratur ad omnino · ut in XX noctes ipsum in mallum p̃sentet. et si dubietas est ad sortem ponatur quod si placitum suum detricauerit ad alias XX noctes ita pacitum faciat et prosecutor cause de suos consimiles tres et de electos alios tres debet · esse · completum Quod si dominus seruum non p̃sentauerit · legem unde inculpatur conponat et de seruo cessionem faciat.

LXX

Similiter seruus minus tremire · inuolauerit de quo inculpatur legibus conponat et de seruo cessionem faciat.,

DE MANCIPIA ALIENA · INIUSTE DETENTA., LXXI ·

Siquis mancipia aliena · iniuste tenuerit et inter dies quadra- f. 65v
ginta non reddiderit ultra mancipio reteneatur obnoxius.,

Si ledus de quod inculpatur ad sortem ambulauerit et mala sorte coeperit medietatem ingenuo legem conponat et sex iuratores medios electos dare debet.,

DISCRETIO(NI) HLOTHARII REGIS. LXXIII

Decretum · est · ut uigilias constitutas conludio scelera sua · praetermissas · custodias ex seruirent · in cuius centena fuerit et aliquid perierit · culp · ilł qui perdiderat recipiat et latro uel se in alterius · centena appareat deduxisse et adhuc admonitus · se neglexerit quinos solidos condamnetur. Capitale tamen · qui perdidera · ad centena illa · praecipiat absque dubio · hoc eo de secunda uel tertia.,

LXXIIII ·

Si uestigius conprobatur latroni latronis · tamen p̃sentia · aut longe multa dominus si persequendo · latronem suum conprehenderit integram sibi conpositionem · recipiat quod si per truste · inuenitur dominus de uita · conponat;

LXXV.

Siquis cum furtu capitur ante dictas subiaceat leges id est · de suspectione inculpatur ad sortem ueniat et si malam sortem prisserit · latro tamen utrasque ‖ petissent · ternas f. 66r
personas electas non conludius · fieri possit.,

DE SERVIS DIUERSIS · IVDICIO PROBANDIS., LXXVI ·

Siquis seruus ecclesiæ ut fisci uel cuius libet a quocumque pro qua libet causa · inculpatur ad fortem aut plebeium · promobatur praetium dominus reformetur nam probati · periculo subiaceantur;

DE SERVIS ACCUSATIS · IN MULTIS., LXXVII

Sicuius libet de parentibus seruis qui per diuersa · possedent discrimina habere susceptus a domino secretus · cum testibus condicatur ut inter XX noctes ipsum ante iudicem debeat praesentare quod si in stitutum tempus · intercedentem conludio non fuerit praesentatus ipse dominus status · tres iuxta modum · et inter fredo et faido · conpensabitur.

Si seruus ante admonitum · dominum defuerit cap̃ domnus · restituat et de seruo · faciat cessionem · aut cum inuentus fuerit detur ad uindictam.,

DE LATRONES AD ECLESIAM FUGIENTIBVS. LXXVIII

Quis occulte de rem · sibi furatam quolibet latronem uel quemlibet culp sicut · cum episcopis conuenit de atrio ecclesia. sint utrasque partibus parietum terræ spatium · aripennis · pro atrio obseruabitur

66v nullus confugiens foris · ‖ ante dicta loca · pre opera cupiditatis educat quod si fecerit et capti fuerint ad dignum sibi supplicium · condamnentur;

Quod sicuius libet deseruiens dn̄mino suo · ad eclesiam cofugerit ubi primum dominus eius · aduenerit continuo excusatus reddatur futurum se de pretium · conuenerit non negetur quod si repetent domino datus non fuerint · sed fugerint illi qui eum reddere noluerit eius pretium reddat · post modum si inuenitur et placuerit receptum · pretium domino · reformentur.,

UT FISCALES IN TRUSTEM EANT; ·

De fiscalibus ut omnium domos censuimus pro tenore · pacis in truste electi centenarii · ponantur per quorum fidem atque sollicitudinem pax praedicta obseruetur.,

Et quia propitiante domino inter nos germanos fratres caritas indisrupto uinculo custoditur centenarii inter communes prouintias · licentiam habeant latrones persequere uel uestigia adsignata minare aut in truste qua defecerit sicut di(o)ctum est causa remaneat ita ut continuo capitalem ei

qui perdiderit reformare festinet tamen ut latronem per-
querat quem in truste inuenerit medietatem sibi uindicet || f. 67r
uel delaturas si fuerint de fa(l)cultatem latronis ei quod dum
non pertulit sarciatur; Nam qui persequi latronem · uel quic-
quid dispendius · fuerit reuocatus · fredus tamen iudices in
cuius prouintia est latro resseruetur.

Siquis ad uestigium uel latronem prosequendum · admonitus
uenire noluerit · quinque · solidos iudicio · damnetur et
quia in dei nomine pro pactenore constituimus in perpetuum
uolumus custodire., hoc · est · atuentis ut siquis ex iudicibus
hunc decretum uiolare · presumpserit uite periculum se sub-
iacere pertimiscat.

DE HEREDITATE SVCCESSIONIS.,

Adtentius dum pertractamus statuimus ut si pater cum
filiis sortem suam diuiserit et postea mortuo filio · uiuo patre
contigerit sine patris uoluntate integra usufructuario iure
uindicet portionem quam inter filiis ita moriens demittat ut
quanti nepotes ex uno filio fuerit qui patrem non habent
portionem patris sui uindicent qualem pater eorum habiturus
erat; Illa uero partem quam pater eorum derelinquid ut ne-
potes in ea parte non succedant prẹsens tamen · ad masculos
pertenet.

DE HEREDITATE EORUM QUI SINE FILIIS MORIUNTUR.,

Cum plus plura · prioribus iussimus tamen nu[nc] | inpen-
sius uniuersa tractantes ius(s)um ẽ[e] || ut aliqua ex f. 67v
his ante prae ta fuerint corrigantur idcirco presentem con-
stitutionem decernimus ut similiter defuncto patre sine filiis
ad die suo ad secunda uota non dederit tertia ad cit(i)us ·
substantiæ mariti · usque ad diem mortis sui · secura posse-
deat si tamen ut post transitum eius ad legitimos mariti
heredes omnia reuertatur; De morgankeba · uero quod priora
lege statuta est permaneat., Nam si a cuius tempore obitus
mariti · intra anno uiri uoluerit habeat liberam potestatem ·

quam permissã possedere dimittere ceterum si amisso anno uel bigamium maritum · accipere uoluerit omnia sicut dictum est quid prioris · mariti habuit derelinquat et pretium quod de nuptiis · eius inferendum est accipiat cuius partibus defunctis parentibus debitus hereditatis · data Ambariaco · in conloquium sub die tertio nõn septẽb.,

DE HEREDITATE INTER NEPOTE ET AMITANE DIUIDENDAM ·

Oportet eas causas · prolatas legis equitatem distingui · pro regibus non docentur constitutionibus terminatione aut heredes in præsenti negotio ordine ad eo unde successiones ignoret aut iudicibus conpe[t]ens deesse uideatur · instructio:, Idcirco | [fi]lio patris · superstites filios habens in fata | [disce]serit sororemque relinquerit;

Die Handschriften.

I. Die Wolfenbüttler Handschrift.

Pergament-Handschrift in Octav, zwischen 754 und 768 geschriben, unter den Kleinodien der Herzoglichen Bibliothek in Wolfenbüttel aufbewart, als Nummer 97 der im Jar 1689 erworbenen Samlung der Handschriften des Klosters St. Peter und Paul zu Weißenburg im Nieder-Elsaß. Dem ersten und letzten Blatte ist auch der Stempel der kaiserlichen Bibliothek zu Paris aufgedrückt, aus welcher der Codex nach dem zweiten Pariser Friden im Jar 1815 zurückkam.

Im einzelnen enthält die Handschrift 86 Blätter, d. h. 1 bis 8, 10 bis 87; von 8 springt die Zälung, one daß eine Lücke vorläge, gleich auf 10 über.

Höhe der Blätter 0,218 m., Breite 0,126 m., in folgender Heftung:

Bl. 1— 8 = Quaternio A
- 10—17 = Quaternio B
- 18—27 = Quinio C
- 28—42 = zwei Quaternionen D IIII und E.V (zwischen 32 und 33 ist ein Blatt ausgeschnitten).
- 43—48 = Ternio F VI.
- 49—79 = vier Quaternionen G UIII., .H. (zwischen 59 und 60 ist ein Blatt ausgeschnitten), .I. und ⁝K⁝
- 80—85 = Ternio .L.
- 86 und 87 bildeten mit zwei folgenden Blättern, welche ausgeschnitten sind, eine Binio.

Die Rückseite des dreizehnten Blattes zeigt eine abweichende Schrift.

Achtzehn Zeilen haben Bl. 10^{r} bis 13^{r}, 14^{r} bis 17^{v}

Neunzehn Zeilen hat Bl. 13^{v}.

Einundzwanzig Zeilen haben Bl. 28^{r} bis 34^{v}, 45^{v} 70^{v} 76^{v}

Zweiundzwanzig Zeilen haben Bl. 18^{r} bis 27^{v}, 40^{r} 44^{v} 45^{r}, 46^{r} bis 47^{v}, 48^{v} 51^{v} 53$^{r.v}$ 54^{v} 57^{v} 58^{r} 60$^{r.v}$ 64$^{r.v}$ 65^{v} 66^{r} bis 68^{v}, 69^{v} bis 70^{r}, 71^{r} bis 73^{v}, 76^{r} 77$^{r.v}$ 82^{v} 83^{v} 84^{r} 85$^{r.v}$ 87^{r}

VON

ALFRED HOLDER.

LEIPZIG,
DRUCK UND VERLAG VON B. G. TEUBNER.
1880.

BEQUEATHED TO THE UNIVERSITY
BY SIR PAUL VINOGRADOFF 1926

INCIPIT CAPITVLE LEGIS SALICAE

·I· De mannire.

II· De furtis porcorum.

·III· De furtis animalium.

IIII· De ouibus furatis.

·V· De furtis caprarum.

VI· De furtis canum.

VII· De auibus furatis.

VIII· De apibus furatis.

·VIIII· De damno in messe.

X· De seruis uel mancipiis furatis.

XI· De furtis ingenuorum · uel effracturis.

XII· De furtis seruorum · uel effracturis.

XIII· De raptu mulieris.

XIIII· De superuentis uel expoliationem.

XV· Siquis uxorem alienam tollit uiuo marito.

XVI· De incendiis.

XVII· De uulneribus

XVIII· De eum qui ad regem homini innocenti absente haccusat ·

XVIIII· De maleficiis.

XX· Siquis ingenuam mulieri manum aut brachium strinxerit.

XXI· De nauibus furatis.

XXII· De furtis in mulino ·

XXIII· De caballo extra consilium domini sui ascensum.

XXIIII. De homicidio paruulorum .

XXV· De adulteriis incellarium.

XXVI· De libertis dimissis.

XXVII· De furtis diuersis.

XXVIII· De elogationibus

XXVIIII · Deuilitatibus
XXX · De conuiciis.
XXXI · De uia lacina.
XXXII · De ligamentibus
XXXIII · De uenationibus
XXXIIII · De sepibus furatis.
XXXV · De homicidiis seruorum · uel expoliationibus
XXXVI · De quadrupedibus si hominem hocciderit.
XXXVII · De uestigio minando.
XXXVIII · De furtis caballorum · uel ęquarum.
XXXVIIII · De plagiatoribus
· XL · Si seruus in furtum fuerit inculpatus ·
XLI · De homicidiis ingenuorum ·
XLII · De homicidiis a contubernio facto.
XLIII · De homicidiis in contubernio facto.
XLIIII · De rebus
XLV · De migrantibus
XLVI · De adramire ·
XLVII · De filtortis, qui lege Salica uiuunt ·
XLVIII · De falsa testimonia.
XLVIIII · De testibus
L · De fide factis.
LI · Siquis grauionem ad res alienas tollendas inuitauerit.
LII · De rem prestitam.
LIII · De ęnium manum redimend(ā) ·
LIIII · De graffionem hocciso.
LV · De corporibus expoliatis.
LVI · Siquis ad mallum uenire contempserit.
LVII · De rationeburgiis.
LVIII · De theuna trude.
· LVIIII · De alodis.
LX · De eo qui se de parentela tollere uult.
LXI · De carohen.
LXII · De conpositione homicidii.
LXIII · De homine in hoste hocciso.
LXIIII · De herburium.
LXV · ‖ De caballum extra consilium domini sui decotatum. f. 22v

INCIPIT TRACTATUS LEGE SALICAE.,

·I· DE MANNIRE;

Siquis ad mallum legis dominicis mannitus fuerit et non uenerit si eum sonies non detenuerit · DC · (solid) denarios · qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur.

Ille uero qui alium mannit et ipse non uenerit .'DC · denarios · qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur ·

Ille autem qui alium mannit cum testibus ad domum illius ambulet et sic eum manniat aut uxorem illius uel cuicumque de familia illius denuntiat ut ei faciant notum quomodo ab illo est mannitus.

Nam si in iussione regis fuerit hoccupatus .'mannire non potest.

Si uero infra pago in sua ratione fuerit .'potest mannire sicut superius dictum est.

II· DE FURTIS PORCORUM .)

Siquis porcellum lactantem furauerit et ei fuerit adprobatum · CXX · denarios qui faciunt sol · III · culpabilis iudicetur.

Siquis porcellum de campo furauerit qui sine matre uiuere possit et ei fuerit adprobatum .'denarios XL · qui faciunt sol I adpabilis iudicetur.

Siquis scruua in furto subbataerit · CCLXXX denarios qui faciunt sol. VII culpabilis iudicetur.

Siquis porcellum usque honocolatum furauerit · DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur. qui numerum usque ad duos porcos conuenit obseruare ·

Siquis porcellum de intra porcos furauerit denarios · DC · qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur ·

Siquis tres porcos aut amplius furauerit ICC denarios qui faciunt sold XXX · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Siquis porcellum tortossum furauerit usque ad honocolatum · DC · denarios qui faciunt solid · XV · culpabilis iudicetur.

Siquis uerrum furauerit · DCC denarios qui faciunt sol XVII · culpabilis iudicetur ·

Siquis scruua ducaria furauerit · DCC denarios qui faciunt sol XVII · culpabilis iudicetur ·

Siquis maiale uodiuo furauerit et hoc cum testibus quod uotiuus fuisset adprobatum fuerit · DCC · denarios qui faciunt sol . XVII · culpabilis iudicetur ·

Item de alio maiale qui uotiuus non fuerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur.

Siquis XXV porcos furauerit hubi amplius in grege illo non fuerit · D · denarios qui faciunt soł · LXII · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Si uero amplius super · XXV · remanserit qui non fuerint inuolati denarios · Ī · CCCC · qui faciunt soł · XXXV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur., ‖

Si uero · L · porti fuerint furati · Ī̄ · D · denarii qui faciunt f. 23r soł · LXII · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

· IIł · DE FURTIS ANIMALIUM;

Siquis uitulum lactantem furauerit · CXX · denarios qui faciunt soł III · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur ·

Siquis bonum animale furauerit · DC · denarios qui faciunt soł XV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Siquis uacca cum uitulo furauerit · Ī̄CCCC denarios qui faciunt soł · XXXV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur

Siquis bouem furauerit Ī̄CCCC denarios qui faciunt soł XXXV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Siquis tauro furauerit qui illo grege regit et qui iunctus non fuisset · Ī̃ · DCCC · qui faciunt soł XLV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicętur.

Siquis tauro furauerit qui de tres uillas communis est · Ī̃DCCCC denarios qui faciunt soł XLV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur ·

Siquis · XII · animalia furauerit ut nec hunus exinde remaneat · Ī̄ · D · denarii · qui faciunt soł LXII · exceptis capitale et dilatura (q̃u ff)

Si uero de pluribus XXV furauerit ut exinde aliquid qui non fuerint inuolati · II · D · denarios qui faciunt soł · LXII · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

· IIłII · DE OUIBUS FURATIS ·/

Siquis agnum furauerit ./VII · denarios · cõp ·

Siquis · anniculum uel binum berbicem furauerit · CXX denarios qui faciunt soł · III · excep̃

Certe si tres furauerit · Ī̃ · CCCC denarios qui faciunt soł · XXXV · exceptis capitale et dilatura culpabilis

Siquis berbices furauerit et ei fuerit adprobatum · Ī̄ · D denarios qui faciunt solidos · LXII · exceptis capitale · et dilatura culpabilis ·

V̊ · DE FURTIS CAPRARUM ·/

Siquis tres capras furauerit · CXX denarios qui faciunt sol̃ · III · culpabilis iudicetur ·

Si super · III · fuerint capras et eas furauerint · DC · qui faciunt · XV · excep̃ cap̃t

· V̊I · DE FURTIS CANUM .)

Siquis siutium magistrum furauerit · DC · denarios qui faciunt sol̃ · XV · culpabilis iudicetur.

Siquis canem qui ligamus nouit post solis hoccasum hocciderit sicut supra diximus intimabitur.

Siquis pastoralem canem hocciderit · CXX denarios qui faciunt sol̃ · III · culpabilis iudicetur;

· V̊II · DE AUIBUS FURATIS .)

Siquis hacceptorem furauerit de arbore · CXX · denarios qui faciunt sol̃ · III · culpabilis

Siquis hacceptorem furauerit de pertica · et ei fuerit adprobatum · DCC · denarios qui faciunt sol̃ XV · culpabilis iudicetur · atque causa superius intimata.

Siquis hacceptorem furauerit de intra clauem repositum · Ī · DCCC . denarios qui faciunt sol̃ XLV · culpabilis ·

f. 23v Siquis anserem furauerit ‖ CXX · denarios · qui faciunt soliđ · III · culpabilis iudicetur ·

V̊III · DE APIBUS FVRATIS .)

Siquis (aqu) apem intro cluem furauerit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol̃ · XLV · culpabilis iudicetur ·

Siquis hunum apem hoc est hunum uascellum hubi aut amplius causa superius conpr̥hensa · conuenit obseruare ·

Si pluribus uero usque ad sex apes foras tectum furati fuerint ut aliquid remaneat · DC denarios qui faciunt sol̃ XV · culpabilis iudicetur ·

Si uero septem aut amplius furauerit et si aliquid remaneant · DCCC denarios qui faciunt sol̃ · XLV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

V̊IIII · DE DAMNUM IN MESSEM UEL IN QUALIBET CLAUSURA INLATUM FUERIT.'

Siquis animalem aut caballum uel qualibet pecus in messe sua inuenerit p̥nitus eam festare non debeat sed si fecerit

et confessus fuerit · capitale in loco restituat. Si uero confessus non fuerit et ei fuerit adprobatum · DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur ·

Siquis in messem suam pecora aliena inuenerit qui pastorem non habent et eas uiolenter inclauserit · et nulli penitus innotescat et illa aliqua parte eas ipse pecoribus perierint · ICCCC · denarios qui faciunt sol XXXV · exceptis capitale et dilatura et eas in loco restituat.

Siquis animale aut quolibet pecus et per sua neglegentia nocuerit et ei fuerit adprobatum capitale in loco restituat. Si uero negauerit et ei fuerit adprobatum DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur.

Si alicui porti aut quem libet pecora ipso custodiente in messe aliena nocuerint et illum negantem ipsi fuerit adprobatum · DC denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur.

Si uero pecora de damno inclausa fuerint qui eas uiolenter expellere presumpserit · DC denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur.

Si uero pecora de damno inclausas fuerint ille cuius pecora sunt damno estimando reddat · et insuper · X đena culpabilis iudicetur.

Si uero aut per inimicitia aut per superbia sepem alienam aperuerit · et in messem · aut in qualibet laborem pecora miserit · et ille cuius laborem conuinctus testibus fuerit extimato damno reddat · I · CC denarios · qui faciunt sol · XXX · culpabilis iudicetur.

X · DE SERUIS UEL MANCIPIIS FURATIS ·/

Siquis seruum aut ancillam caballum aut iumentum furauerit · I CCCC denarios qui faciunt sol XXXV · exceptis capitale et dilatura ·

Si seruus aut ancilla cum ipso ingenuo de tribus domine suę aliquid portauerit · DC đen qui faciunt sol XV · exceptis capitale · et dilatura adhuc amplius culpa iudicętur ·

Siquis ancillam perdiderit ualentem solđ · XV · siue porcario siue uinudore ‖ siue fabrum carpentarium ualente solid · XXXV · f. 241 IIDCC denarios qui faciunt sol · LXV ·

· XI · DE FURTIS INGENUORUM UEL DE EFFRACTURIS ·/

Siquis ingenuus foris casa quod ualet duos đe narios furauerit · DC denarios qui faciunt solđ · XV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Si uero foris casa quod ualent XL denarii furauerint · ICCCC

denarios qui faciunt sold · XXXV · exceptis capitale et dilatura culp. iud.

Siquis ingenuus effractura fecerit quod ualet duos denarios · Ī CC den qui faciunt sol XXXV · exceptis capitale et dilatura culpabilis iudicetur.

Si uero super L porcos furauerit · ĪCCCC denarios qui faciunt sold XXXV · exceptis capitale et dilatura.

Si uero clauem effregerit et si in domo ingressus fuerit · et sic inde aliquid furtum tulerit · ĪDCCC denarios qui faciunt sol · LXV · exceptis capitale et dilatura.

Si uero nichil tulerit et fugiens éuadat · preter tanto effractura · Ī CC denarios qui faciunt sol XXXV · culpabilis iudicetur.

XII · DE FURTIS SERUORUM UEL EFFRACTURIS.)

Siquis seruus foris casa quod ualet duos denarios furauerit et ei fuerit adprobatum · exceptis capitale et dilatura flagellis CXX haccipiat aut CXX denarios qui faciunt sol · III culpabilis iudicetur.

Si uero furauerit quod ualent XL den aut castretur aut CCXL denarios qui faciunt sol · VI · reddat. Dominus uero serui qui furtum fecit cap in loco restituat.

XIII · DE RAPTUM MULIERIS·/

Siquis tres homines ingenua puella de casa rapuerint · ĪCC denarios qui faciunt sol XXX · culpabilis iudicetur · hunus quisque ex ipsis qui super tres fuerint ducentenos denarios qui faciunt sold · V · hunus quisque eorum · culpabilis iudicetur.

Qui cum sagittas fuerit · CXX denarios qui faciunt sold · III · quisque eorum · culpabilis iudicetur ·

Raptor uero · Ī D · denarios qui faciunt sold · LX · II · culpabilis.

Si uero puella ipsa deintro claue aut de screunia rapuerit et pretius uel causa superius intimata conuenit obseruare.

Si uero puella qui traitur in uerbo regis fuerit furban exinde · Ī D denarios qui faciunt sold · LXXI · culpabilis iudicetur.

Si uero puer regis uel litus ingenuam feminam traxerit .'de uita componat ·

Si uero ingenuam quicuque de illis sua uolu(p̄)tate secuta fuerit · ingenuetate sua perdat ·

Siquis sponsam alienam tulerit et sibi in coniugium copulauerit · II D denarios qui faciunt sold · LXXI · culpabilis iudicetur.

XIIII DE SUPERUENTIS UEL EXPOLIATIONEM ·/

Siquis hominem ingenuum in superuentum expoliauerit · II · D denarios qui faciunt solid LXXII · culpabilis iudicetur ·

Si uero Romanum aut barbar(um) Salico expoliauerit causa superius conprehensa conuenit obseruare. f. 24 v

Si uero Francus Romanum expoliauerit C denarios qui faciunt solid · XXX · culpabilis iudicetur ·

Siquis hominem qui alibi hubi migrare disponit et de rege habet preceptum et se eam abmundiuit in mallo publico et aliquis contra hordinationem regis ei testare presumpserit · VIII · denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis iudicetur.

Siquis hominem migrantem adsallierit · VIII · denarios qui faciunt sol CC · culpabilis iudicetur.

Siquis uilla aliena adsallierit quanti in contubernio ipso fuerint uel superuenti fuerint probati · II D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis iudicetur ·

Siquis et hominem mortuum antequam in terra mittat et in furtum expoliauerit ./ IIII denarios qui faciunt sol · C · culpabilis iudicetur ·/

XV.

Siquis uxorem alienam tulerit huno marito · VIII denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis.

Siquis ingenuus ingenuam per uirtutem mecatus fuerit · II D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis.

Quicumque ingenua puella spontanea uoluntate ambis conuenientibus ut hoccultum mecatus fuerit · I DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culp iud.

XVI · DE INCENDIIS .)

Siquis casam quamlibet super homines dormientibus incenderit quanti ingenui intus fuerint mallare debent · et si aliqui intus cremauerint · II D qui faciunt sol LXII · culp iud · De laude sol · CC · cui casa est · II D denarios qui faciunt sol LXII ·

Siquis *spic*arium aut magalum cum anona incenderit · II D denarios qui faciunt sol LXII culpabilis ·

Siquis sudem cum porcis scuria aut animalibus incenderit · II D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis ·

Siquis sepem aut concisam incenderit · DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Siquis uero sepem aut concisam capulauerit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis.

XVII DE UULNERIBUS.)

Siquis alterum uoluerit hoccidere et colpus preter fallierit · II D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis

Siquis alterum de sagitta tossecata percutere uoluerit **feulando|ueua** et causa superius intimata obseruabitur ·

Siquis hominem plagauerit si sanguis ad terra cadit si ei fuerit adprobatum · DC · denarios · qui faciunt sol · XV · culpabilis

Siquis hominem ingenuum in caput plagauerit et sanguis ad terram cadit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis · Si exinde tria óssa exierint qui super cerebro iacent · ĪDCCC denarios qui faciunt sol XLII · culpabilis ·

f. 25r Si uero intra costas ita uulnus ‖ intrauerit · ut úsque ad intranea perueniat · ĪDCCC denarios qui faciunt sol · XLV · culpabilis De medicaturas uero **malb candechapanuf** sunt denar qui faciunt sol VIII ·

Siquis ingenuus ingenuum de fuste percuterit ut sanguis non exeat usque ad tres colpos hoc est pro húno hicto · CXX denarios qui faciunt sol · III · soluat ·

Si uero sanguis exierit tale culpa componat quantum si eum de ferramento uulneraberit · CCCLX denarios qui faciunt sol · VIII · culpabilis · et **malb uado falto** ita singulos ictos ternos sol reddat ·

Siquis alterum in uia expoliauerit et per fugam inuaserit · II D denarios qui faciunt sol · XLII · culpabilis ·

XVIII ·/ DE EO QUI AD REGE HOMINE INNOCENTE HACCUSAT ·

Siquis ad rege haccusauerit homine innocente qui absens est · II D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis ·

· XVIIII · DE MALEFICIIS.)

Siquis alterius herbas dederit bibere aut moriatur · **malb uuirio** · sunt denari · VIII · qui faciunt sol · CC ·

Siquis alterius dederit herbas bibere et euaserit · **malb feu lan|do uauaf** · sunt denar · II D qui faciunt sol LXII · culpabilis

XX · SIQUIS INGENUA MULERI MANU AUT BRACHIUM STRINXERIT ·

Siquis homo ingenuus feminam digito strinxerit · ICC denarios qui faciunt sol · XXX · culpabilis ·

Certe si super cubitum presumpserit · ICCCC denarios qui faciunt sol · XLV · culpabilis iudicetur.

XXI · DE NAUIBUS FURATIS ·/

Siquis extra consilium domini sui nauem alienam mouerit et cum ea transierit · DC denarios qui faciunt sol XV . culpabilis.

Siquis naue deintro claue furauerit · ICCCC · denarios · qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Siquis naue deintro claue furauerit · Ī · CCCC · denarios · qui faciunt sol · XXXV · culpabilis ·

Siquis ascum deintro claue furauerit · ĪDCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

XXII · DE FURTIS IN MULINO COMMISSIS ·

Siquis ingenuus homo de mulino anona furauerit · DC · denarios qui fatiunt solid XV · reddat et ei uero cuius anona fuisset adprobatum alios · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

XXIII· DE CABALLO EX CONSILIUM DOMINI SUI ASCEN////., |ſ

Siquis caballum extra consilium domini sui caballicauerit · ICC denarios qui faciunt sol XXXV · culpabilis iudicetur ·

XXIIII · DE HOMICIDIIS PARUULORUM .)

Siquis puerum infra · XII · annos usque ad decem annos hocciderit · XXIIII · qui faciunt sold · DC · culpabilis ·

Siquis puerum crinitum sine consilium parentum tunderit ĪDCCC · ‖ denarios qui faciunt solid · XLV · culpabilis iudicetur. f. 25

Si uero puella si parentum consilium tunderit · ĪDCCC denarios qui faciunt sol · XLV · culpabilis iudicetur ·

Siquis puerum crinitum hocciderit ·'XXIIII · qui faciunt sol · DC · culpabilis iudicetur.

Siquis feminam pregnantem hocciderit .'XXVIII · denarios qui faciunt sol · DCC · culpabilis iudicetur.

Siquis uero infantem infra uentrem matri suę hocciderit · IIII · denarios qui faciunt sol · C · culpabilis iudicetur.

Si uero puer in XII · annos aliqua culpa commiserit fred exinde non requiratur.

Siquis femina ingenua postquod infantes ceperit habere hocciderit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · postquod infantes non potuerit habere · VIII · denarios qui faciunt sold · CC · culpabilis iudicetur ·

XXV · DE ADULTERIIS ANCILLARUM ·

Siquis cum ancilla aliena moecatus fuerit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Si uero cum rege ancilla mecatus fuerit · C̃C · denarios · qui faciunt sold · XXX · culpabilis.

Siquis cum ancilla aliena sibi in publicum iunxerit ipse cum ea in seruitium permaneat ·

Si uero seruus cum ancilla aliena moecatus fuerit et ex ipsa crimina mortua fuerit seruus ipse · CCXL · denarios qui faciunt sol VI · domino ancille inferat aut certe castretur · dominus uero serui capitale quod ancilla ualuerit domino ancille in loco restituat.

Si ancilla ex hoc mortua non fuerit · CXX · ict haccipiat · aut CXX · denarios qui faciunt sol · III · dominum ancille cogatur exsoluere.

Si seruus ancilla aliena sibi in coniugium sociauerit · CXX · denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

XXVI · DE LIBERIS DIMISSIS ·

Siquis lidum extra consilium domini sui ante regem ingenuum dimiserit · IIII · denarios qui faciunt sol · C · culpabilis · res uero lidi ipsius dominum reformetur.

Siquis seruo alieno ante regem ingenuum dimiserit · IC̄CCC · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis · et pretium do(m)minum custodiat ·

XXVII · DE FURTIS DIUERSIS ·

Siquis tintinno de portina alterius furauerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

Si uero de pecoribus furauerit · CXX · denarios qui faciunt sol · III · culpabilis.

Siquis uero pedica caballo furauerit · CXX denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

Si uero caballi ipsi perierint ipsos in capitale reddat ·

Siquis messem alienam in furto mederit et inuentus fuerit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Siquis in orto alieno in furtum ingressus fuerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

26 r Siquis de campo alieno lino furauerit · ut eum aut in caballum aut in carrum portet · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis.

Si uero in dorsum suum portauerit · CXX · denarios qui faciunt sol · III · excepţ capitale et dilatura ·

Siquis pratum alienum secauerit opera sua perdat · et si exinde ad domum suam duxerit et discargauerit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Si uero tantum pręsumpserit quantum in dorsum suum portauerit · CXX denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

Siquis uinea aliena in furtum uindemiauerit et inuentus fuerit · DC · denarios qui fac sol XV · culpabilis ·

Si exinde uinum ad domum suam duxerit et discargauerit · I DCCCC · denarios qui faciunt sol XLV · excep̃ cap̃ et dilatura · culpabilis ·

De messibus uero .'similiter obseruandum est ·

Siquis in silua materium alienum incenderit aut concapulauerit DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Si uero materium ex huna parte dolatum in furtum presumpserit · CXX · denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

Siquis ligna in silua aliena furauerit Ī DCCC · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Siquis statua tremagilo aut uertiuolo de fluuio furauit . DC denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis .

Siquis screunia qui clauem habet effregerit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Siquis campo alieno arauerit et seminauerit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Siquis cum seruo alieno negociauerit · DC denarios q(d̃)ui faciunt sol XV · culpabilis ·

XXVIII · DE ELOGATIONIBUS.

Siquis in furtum aliquid elogare uoluerit et non fecerit cui fuerit adprobatum · Ī̄ D denarios qui faciunt sol · LXII · culpabilis.

Siquis in furtum accepto precio hominem hoccidere uoluerit et non fecerit et ei fuerit adprobatum · Ī̄ D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis ·

Siquis post tertio ęl(e)gatio ipsa fuerit transmissa · Ī̄ D denarios qui faciunt sol LXII · culpabilis · hoc sic dans haccipiens · LXII · semis singuli eorum culp.

XXVIIII · DE DEBILITATIBUS.)

Siquis alterum · manum pede hoculum aut auriculam uel nasum amputauerit · IIII · denarios qui faciunt sol · C · culpabilis ·

Si uero manus ipsa émancada penderit · $\overline{\text{II}}$ D · denarios qui faciunt sol LXV · culpabilis ·

Siquis policem ✓ de manum uel pede excusserit . $\bar{\text{I}}$ DCCC · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Si uero ésmancatus penderit · $\bar{\text{I}}$ CCCC · denarios qui faciunt sol XXXV · culpabilis ·

Si secundo uero digito id est quidem sagittator excusserit · $\bar{\text{I}}$ CCCC · denarios qui faciunt sol XXXV · culpabilis ·

Sequenti uero digito excusserit . DC denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

26v Quarto uero ‖ digito qui excussus fuerit sold · VIIII · culpabilis .

Minimo digito qui excussus fuerit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis.

Si uero tres digitos in hunum hictum excusserit · $\bar{\text{I}}$ DCCC · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis.

Siquis hominem ingenuum castrauerit · $\widetilde{\text{VIII}}$ · denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis ·

XXX · DE CONUITIIS .)

Siquis alterum cinitum uocauerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

Siquis alterum concagatum apellauerit · CXX denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

Siquis mulierem ingenuam seú uir se mulier altera meretrice clamauerit et non poterit adprobare · $\bar{\text{I}}$ DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Siquis alterum uulpiga clamauerit · CXX Denarios qui faciunt sol III · culpabilis ·

Siquis alterum deladore aut falsatore clamauerit et non potuerit adprobare · CXL denarios qui faciunt sol · VII · culpabilis

Siquis altero inputauerit quod scutum suum iactasset et ei non potuerit adprobare .'CXX denarios qui faciunt sol · III · culpabilis ·

XXXI · DE UIA LAICINA.

Siquis baronem de uia sua ostauerit aut inpinxerit · DC · denarios qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur.

Siquis mulierem ingenuam de uia sua ostauerit aut inpinxerit · $\widetilde{\text{I}}$ DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

XXXII DE LIGAMENTIBUS.)

Siquis hominem ingenuum sine causa ligauerit · Ī CC denarios qui faciunt sol · XXX · culpabilis

Si uero ipsum ligauerit et ligatum aliqua parte duxerit · Ī DCCC · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

XXXIII · DE UENATIONIBUS.,

Siquis uero diuersis uenationibus furauerit et celauerit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Qualem legem de uenationibus et de piscationibus conuenit obseruare.

Siquis ceruum signum habentem furauerit aut hocciderit quia de uenationibus mansuetus sit et per testibus adprobatum ei fuerit quod eum dominus eius in uenationem habuisset · et cum ipso duas et tres feras hocciderit · Ī DCCC denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis ·

Alio uero domestico qui in uenatione adhuc non fuit · Ī CC denarios qui faciunt sol XXX · culpabilis ·

XXXIIII · DE PISCIBUS FURATIS.)

Siquis uero tres uirgas quod sepis superligator uel retorta unde sepes continetur capulauerit aut tres cambortos inuolauerit aut hunde labor clausa est exceruicauerit · DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis ·

Siquis per alienam messem ‖ postquam leuauerit spice aput herbice traxerit aut cum carro sine uia transierit CXX denarios qui faciunt sol · III · culpabilis . f. 27

Siquis per alienam messem expalmetantes sine uia transierit · DC denarios qui faciunt sol XV · culpabilis

Siquis per malum ingenium in curte alterius aut in casa uel hubi aliquid de furtum amiserit hoc est nesciente domino curte et ibidem inuentus fuerit · Ī̄ D · denarios qui faciunt sol XLV · culpabilis iudicetur ;

XXXV DE HOMICIDIIS SERUORUM UEL EXPOLIATIONIBUS ·/

Si uero seruus seruum hocciderit aut ancilla sibi similem homicidium illum domini inter se diuident ·

Siquis ingenuus seruum alienum expoliauerit et insuper XL denarios · quod ualet tulerit et conuinctus fuerit · Ī CC denarios qui faciunt sol XXX culpabilis ·

Si uero minus XL đen expolia eius ualebit · Ī CCCC denarios qui faciunt soł · XXXV · culpabilis ·

Siquis uassum ad ministerium quod est **horo gauo** puellam ad ministerium aut fabro ferrarium uel aurifice furauerit aut hocciderit soł XXX culpabilis iudicetur.)

·XXXVI· DE QUADRUPEDIBUS SI HOMINEM HOCCIDERINT.)

Siquis homo ex qualibet quadrupedia domestica fuerit hoccisus et hoc per testibus pǫtuerit adprobare mediętatem conpositionem in quadrupedis cogatur exsoluere · ipsum uero quadrupedem auctorem criminis pro mediętatem conpositionem restituat requirente.

XXXVII · DE UESTIGIO MENANDO.)

Siquis bouem aut uaccam caballum uel qualibet animale perdiderit et eum dum per uestigium sequerit consecutus fuerat usque in tres noctes ille qui eum duxerit aut emisit aut camiasset si dixerit uel proclamauerit ille qui per uestigium res suas per tertia manu debet adramire ·

Si uero iam tribus noctibus exhactis qui res suas inquirit eas inuenire ille apud quem inueniuntur eas emisisse aut cambiasse dixerit liceat adramire.

Si ille uero qui per uestigium sequitur ad se cognoscere dicit illos alium reclamatur in eo offerre per tertia manu uoluerit Nec solum secundum legem cognouerit et ei uiolenter quod se cognoscere dicit tulisse contrauincit · Ī CC denarios qui faciunt soł · XXX culpabilis iudicetur ·

· XXXVIII · DE FURTIS CABALLORUM UEL ĘQUIS.)

Siquis caballum qui carrucam trhit furauerit · Ī DCCC denarios qui faciunt soł · XLV · culpabilis; ‖

27v Siquis uuaranione furauerit · Ī DCCC · denarios qui faciunt soł · XLV · culpabilis ·

Si uero admasserium furati fuerant precius superius conprehensam conuenit obseruare ·

Siquis pulletrum anniculum furauerit · DC denarios qui faciunt soł XV · culpabilis ·

Si uero sequenti pulletro furauerit · CXX · denarios qui faciunt soł · III · culpabilis ·

Siquis caballum alienum scortauerit · CXX · denarios qui faciunt soł · III · culpabilis

XXXVIIII · DE PLAGIATORIBUS./

Siquis mancipia aliena sublicitare uoluerit · DC · denarios qui faciunt solꝫ XV · culpabilis ·

Si seruus alienus fuerit flagitatus et ipse trans mare ductus et ibidem ipse domino suo fuerit peruentus et a quo ipse in patria plagiatus est in mallo publico nominauerit tres ibidem testes debent collegi. Iterum eum seruus ipse citra fuerit remedatus in altero mallo debet iterum nominare hibi similiter tres testes debent collegi · ad tertio uero mallo similiter facere debent · ut nouem testes iurent quod seruum ipsum ęqualiter super plagituram dicentem audientes sic postea qui eum plagiauit hoc est · Ī DCCCC denarios qui faciunt solꝫ XXXV · culpabilis · Quod confessus seruus usque ad tres plagiatores admittat · si eam tamen rationem ut nominauit nomina hominum et uillarum semper debeat nominare ·

Siquis hominem ingenuum plagiauerit aut uendiderit · VIII · denarios qui faciunt solꝫ · CC · culpabilis ·

· XL · SI SERUUS IN FURTUM FUERIT INCULPATUS./

Si talis fuerit causa unde ingenuus solꝺ · XV · componeret · seruus super scamnum tensus · CXX · ictus haccipiat ·

Si uero antequam torquętur confessus fuerit et cum domino serui conuenerit · CXX denarios qui faciunt solꝺ · III · culpabilis · pro dorsum serui et capitali dominus reddat ·

Si tamen maior culpa fuerit hunde ingenuus · Ī CCCC denarios · id est solꝫ XXXV soluere posset · similiter seruus · CCXX colobos · CCCC ·

Et si confessus non fuerit ille qui eum torquid si adhuc noluerit ipsum seruum torquere etiam nolentem dominus pignus domino serui dare debet et sic seruus postea ad suplicia maiori datur et confessus fuerit .'Nichil ille super domino credatur · ipse uero illum seruum habiturum qui cunctor sit dominus serui unde iam pignus haccepit pretio pro suo seruo haccipiat.

Si uero intra priora supplicia · CXXI colobos fuerit confessus aut castretur · aut CXL denarios qui faciunt solꝺ · VI · reddat · Dominus uero serui capitaꝫ restituat requirenti.

Si uero in maiora crimina seruus inculpatur hunde ingenuus · Ī̄ DCCC denarios qui faciunt · ‖ solꝺ LXII · culpa possit iudi- f. 2
care · Inter supplitia confessus fuerit .'capitale sententia feriatur ·

Si uero seruus in quo libet crimina inculpa dominus serui ipsius si presentiem aliud eo qui resistit admonire debet ut seruum iustis debeat suppliciis dare hubique repedit et uirgas para-

tas habere debet quę ad magnitudine minoris digiti sunt et scamnum paratum hubi seruum tendere debeat ·

Si dominus serui suppliciis distulerit et seruus presens fuerit continuo ipse qui repedit dominus domino serui solem collegare debet ut seruum ad supplicia tradet · quod si adhuc septem noctes seruum tradere distulerit solem ei quem repetit iteratum collecit eo sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat · id est quattuordecim noctes de prima admonitione conpleantur · quod si impetis · XIIII · noctes seruum noluerit suppliciis dare omnem causam uel conpositione dominus in se excipiat hoc est ut si talis causa unde ingenuus sol XV · conponere debeat ipse eo dominus reddat.

Si uero maior culpa fuerit unde ingenuus Ī CCC · denarios id est · sol · XXXV · poterat reddere similiter soluat.

Si uero adhuc maior culpa fuerit qui similiter ab ingenuo · Ī DCCC · denarios · id est sol · XLV · cum postea dominus seruum non presentauerit ad ipsum numerum reddat · et capitale quod si ętiam adhuc maior culpa fuerit quę seruo requiratur dominus serui non ut seruus soluat sed ut ingenuus tota lege super se soluiturus haccipiat. quod si seruus absens fuerit cui aliquid inputauerit dominus serui ad repetentibus testibus presentibus secretius admonire debet · ut si seruum suum infra septem noctes debeat presentare. quod si non fecerit tunc repetens solem ille cum testibus collecit · et si alias septem noctes ipsum seruum non presentauerit tertia uice adhuc ille spatium dare debet id est ut totus numerus ad uiginti huna nocte ueniat quod si post · III · placitos ipsum seruum noluerit legatum suppliciis et eis singulos placitos solem culcauerit ·tunc dominus serui omnem repetitionem sicut superius diximus; non qualem seruus sed qualem ingenuus si hoc admisit talem conpositionem repetenti restituat ·

Si uero ancilla in tale crimina inculpatus unde seruus castrare debuera redebuerat · CCXL denarios · id est sol · V conuenit pro ipsa dommus reddat · aut · CC · XLII · ictos haccipiat flagellorum ·

Siquis cum seruo alieno negotiauerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

XLI · DE HOMICIDIIS INGENUORUM ·7 ‖

18 v Siquis ingenuum Francum aut barbarum hocciderit qui lege Salica uiuit · VIII · denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis ·

Siue eos in puteum aut in aqua miserit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · culpabilis ·

Si uero eos de callis aut de rama super cooperuerit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · culpabilis ·

Si uero eos qui in truste dominica est hocciderit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · culpabilis

Si uero eos aut in aqua aut in puteum miserit · LXXI · qui faciunt sol · I CCC · culpabilis ·

Si uero eum de callis aut de rama cooperuerit · XXII · denarios qui faciunt sol · I DCCC · culpabilis ·

Si uero aliquis homo conuiua regis hoccisus fuerit · XII · denarios qui faciunt sol · CCC · culpabilis ·

Si uero Romanus homo possessor hoccisus fuerit · IIII · denarios · qui faciunt sol · C · culpabilis ·

Siquis homo inuentus in quadruuium sine manus et sine pedes qui inimici sui dimiserint et eum hocciderit · IIII · denarios · qui faciunt sol · C · culpabilis ·

Siquis hominem ingenuum in puteum iactauerit et uiuus exinde exierit · IIII · denarios qui faciunt sol · C · culpabilis ·

Siquis puellam ingenuam hocciderit · VIII · denarios · qui faciunt sol · CC · culpabilis ·

Siquis mulier ingenua postquam infantes habere cęperit hocciderit · XXIIII · denarios qui faciunt · sol · DC · culpabilis ·

Post medietate quod infantes non potest habere · VIIII · denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis ·

Siquis puerum crinitum hocciderit · XXIIII · denarios · qui faciunt sol · DC · culpabilis ·

Siquis puellam ingenuam hocciderit · VIII · denarios qui faciunt sol · CC · culpabilis ·

· XLII · DE HOMICIDIIS A CONTUBERNIO FACTO ·

Siquis collectum contubernium in domo sua adsallierit et ibidem ipsum hocciderit · LXXII · denarios · qui faciunt sol · I DCCC · culpabilis ·

Si uero in truste dominica ille qui hoccisus est non fuerit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · qui eum hocciderit culpabilis ·

Si uero corpus hoccisi hominis usque ad tres uel amplius habuerit plagas tres · quibus inculpatur quod in eo contubernio fuisset probantur lege superius conprehensa singillatim cogatur exsoluere. alios uero tres de eo contubernio · II DC · denarios ·

hoc est nonaginta sol singuli eorum · soluerent · et tre adhuc in tertio loco de eo contubernio · $\overline{I}$ · octingentos denarios qui faciunt sol · XLV · soluat.

De Romanos hoccisos ue litus hac lex mediętatem soluat.

Siquis uillam alienam expoliauerit · et · III · inuaserit · $\overline{II}$ D · denarios · qui faciunt sol · (XLII) · LXII · culpabilis ·

XLIII · DE HOMICIDIIS IN CONTUBERNIO FACTO ·/

Siquis in conuiuio hubicumque fuerint et ex ipsis interfectus fuerit hoc est ut illi qui remanent hunum conuictum de se dare debent aut toti mortuos coniectent quia lex usque ad septem
f. 29 r qui fuerint in conuiuio illo plus quam · VII · ‖ fuerunt Non omnes teneant obnoxius · sed quibus fuerit adprobatus illi secundum legem conponant ·

Siquis uero foris casa siue inter genua siue in agro positum a contubernio fuerit hoccisus et tres uel amplius habuerit plagas hoc est ut tres de eo contubernio qui adprobatus fuerit singuli mortem illius coniectent · et tres plures de eo contubernio qui adprobati non fuerint · $\overline{I}$ CC · denarios · id est sol · XXX · soluant · et tres adhuc de eo contubernio · DC · denarios hoc est sol XV · soluant ·

XLIIII · DE REB; SICUT ADSOLET

Homo moriens et uidua dimiserit qui eam uoluerit haccipere antequam haccipiat ante thunzinum aut centenario mallum indicant et in ipso mallo scutum habere debet · tres homines tres causas demandare debent · tunc ipse qui eam haccipere debet · III · sol atque pensantes et đenrs habere debet · et · III · adherint qui sol pensare uel probare debeant et hoc factum si eis conuenerit haccipiat ·

Si uero istud non fecerit · $\overline{II}$ D · denarios qui faciunt sol · LXII · cui reipe debuntur exsoluere ·

Si uero superius quod diximus omnia secundum legem impleuerunt · III · sol ille cui reipe debuntur ·

Si nepos sororis filius senior nepos fuerit ille haccipiat.

Si nepos non fuerit neptis filius senior ipse haccipiat.

Si uero neptis filius non fuerit consobrinus filius tui ex materno genere uenit ipse haccipiat.

Si uero nec consobrini non fuerint tunc aúunculus $\overline{frs}$ mater ipse haccipiat.

Si uero ne auunculus non fuerit · tunc $\overline{frs}$ illius qui eam

muliere ante habuit si in hereditate uenturus est res ipsas ipse haccipiat ·

Si nec ipse frater non fuerit qui proximior fuerit extra superius nominatos qui singillatim secundum parentelam sunt hereditatem illius mariti defuncti non fuerint ipsas res illius haccipiat · iam depost sextum genuculum si non fuerit in fisco res ipsas uel causa orta fuerit collegatos modis obseruatur ·

XLV̊· DE MIGRANTIBUS ·/

Siquis alienam uillam migrare uoluerit ut hunus quisque aliqui de ipsis qui in uilla consistunt eum suscipere uoluerint si uel hunus ex ipsis extiterit qui contradicat migrandi ibidem licentiam non habeat ·

Si uero contra dictum hunius uel duorum · in uilla ipsa adsedere presumpserit tunc testare debet · et si noluerit inde exire ille qui ei testet cum testibus ei debet testare ut iterum in decem noctes exeat · Si adhuc post decem noctes iterum debet ad eum uenire et ei testare ‖ ut iterum in decem noctes exeat · Si adhuc f. 29v noluerit exire · iterum tertio decem noctes ad placitum addat · et si · XXX · noctes impleantur si nec tunc exire noluerit tunc eum manneat ad mallum et testes suos in singula placita qui fuerant pristum sibi habeat isti ipse cui testum est noluerit uenire et eum aliquas sonies non tenuerit · et ista que superius diximus secundum legem testatur · Tunc ipse qui testauit super furtunam suam ponat et roget graffione · ut haccedat ad loco et eum inde expellat et qui legem noluit audire quod ibidem laborauit amittat et insuper · Ī CC denarios qui faciunt soĩ · XXX · culpabilis ·

Si uero qui migrauerat et ei infra · XII · menses nullus testatus fuerit hubi admigrauit securus hubi alii uicini maneat.

· XLVĨ · DE ADRAMIRE;

Hoc conuenit obseruare ut thunzinus aut centenarius indicant et scutum in ipso mallo habere debet · et · III · homines · III · causas demandare debent in ipso mallo et postea requirat hominem q̄ue non pertineat et sic fistuca in lesum iactet · et ipse in cuius lesum iactauit fistuca de furtunam suam quantum uoluerit dare aut totam furtunam cui uoluerit dare ipse cuius lesum fistucum iectauerit ipse in casam ipsius manere debet et ospites · III · suscipere debet et facultatem suam habere debet et postea cui istum creditum est ista omnia cum testibus collegere debeant · postea aut ante rege aut in mallo legitimo illi cui furtunam suam deportauerit reddere debet haccipiat et in mallo et ipso ante · XII · ipse quos credidisse deputauit in lesum

iectet Nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est et si contra hoc aliquid dicere uoluerit debent · III · testes ueraces dicere quod ibi fuissent in malum quem thunzinus aut centenarius indixerunt · et quomodo uidissent · hominem qui furtunam suam dare uoluerit et in lesum iam que elegit fistucam iactare · et denominare debet qui furtunam suam in lesum iactatur et illum quem heredem apellat semel nominet · et alii · III · testes iuste dicere debent quod in casa illius qui furtunam suam donauit ille in cuius leso fistuca iactata est ibidem mansissent et hospites · III · uel amplius ibidem collegisset et pauisset et hospites illi · III · uel amplius de susceptione grãs egissent et testes collegissent · Ista omnia illi alii · III · testes iurare dicere debent et de hoc quod in mallo ante rege uel legitimo mallo publico
f. 30r ille qui haccepit in lesum ‖ furtunam suam aut ante rege aut in mallo publico legitimo hoc est in mallo largo · ante | theuda aut ante thuzino furtuna illa quos heredes apellauit publice coram omnibus fistucam in lesum iactasset hoc est noue testimonia uel testes ista omnia debent adfirmare;

· XLVII · DE FILTORTIS QUI LEGE SALICA UIUUNT ·/

Siquis seruum aut ancillam caballo bouem uel qualibet rem cum altero agnouerit mittat eum in tertia manu et ille aput quem cognoscitur debet adramire et sic citra Ligare · aut Carbonarius · iam commanent qui agnoscit in noctes · XLII · placitum faciat et in ipso placito quanti fuerint qui caballo ipso aut uendiderint aut cambiauerint aut fraudasset in solutione dederunt omnia inter placitum istum communiant · hoc est hunus quisque qui cum negotiatoribus alterum admoneat · et siquis admonitus fuerit et sunnis non detenuerit et ad placitum uenire distulerit ille qui cum eo negotiauit mittat · III · testes quomodo ei mandasset ut ad placitum uenire alterius · III · quod (b)ublice ab eo et huniter negotiasset istud si fecerit exit de latrocinio · Ille qui non uenerit super quem testes iurauerunt ille erit latro illius qui agnoscit et precio reddat illi qui cum eo negotiauit et secundum legem componat illi qui res suas agnoscit · istud omnia in illo mallo debet uenire hubi ille est caballus super quem res ille primitus fuerit agnita aut in tertia manu fuerit posita quod se trans Legere aut Carbonarias manent cum quibus res agnita fuerit in LXXX · noctes lex ista omnimodis custodiatur ·

· XLVIII · DE FALSO TESTIMONIO ·/

Siquis falsum testimonium prebuerit · DC · denarios qui faciunt sol · XV · culpabilis ·

Si cuiuscumque aliquid fuerit inculpatum et periurasse fuerit adprobatus · XV · sol̄ componat ·

Ipse uero cuius adprobatum fuerit · exceptis capitale et dilatura sol̄ · XV · culpabilis ·

· XLV̊IIII · DE TESTIBUS;

Siquis testes necesse habuerit ut donet et fortasse testes nolunt ad placitum uenire ille qui eos necessarium habet satis facere mannire illos debet cum testibus ad placitum ut ea qui nouerit iurati dicant si uenire noluerint et eos sunnis non tricauerint hunius illorum · DC · denarios qui faciunt sol̄ · XV · culpabilis ·

Si uero presentis noluerint iurati dicere ea que nouerint et forbannati fuerint · hunus quisque illorum · DC · denarios qui faciunt sol̄ · XV · cũp ·

· L̊ · DE FIDES FACTAS ·/

Siquis ingenuus aut litus alterum fidem fecerit .'tunc ille ‖ cui f. 3
fides facta est in XL noctes aut quomodo placitum fuerit quando fidem fecit ad domum illius qui fidem fecit cum testibus uel cum illis qui precio adpreciare debet et si noluerint fidem factam dissoluere · DC · denarios qui faciunt sol̄ · XV · culpabilis ·

Supra debito uero q̃ue fecerat si adhuc noluerit conponere debet et ad mallum mannire et sic **tı|cantıdıoſ** mall(e)re · Rogo te thunzinus ut **ınſtıgante** cuius cassatium meum illo qui fidem michi fecit et debitum dedit · tunc nominare debet qualem debitum uel hunde fidem fecit · et thunzinus dicere debet · **ınſtıgante** ego illum in hoc quod lex Salica habet · et tunc ipse cuius fides facta est debet testare ut nulli alteri nec soluat nec pignus donet subitionis antequam illum adimpleat quod ei fidem fecit · et ipse dicat cum testibus ambulare debet et rogare sibi debitum soluere · et si hoc noluerit soluere solem ei collecit · tunc si ei solem culcauerit · III · sol̄ super debitum superiore reddat · Adhuc addit istud usque ad · III · uices · per III · nondenas facere debet qui super · III · ista omnia et noluerit adhuc componere usque sol̄ · VIIII · noue debitus ascendat · id est ut per singulas ammonitiones uel solem collegato · III · sol̄ adcrescat ·

Siquis fidem factam ad placitum legitimo facto noluerit soluere · tunc ille cuius fides facta est ambulet ad graffione loci illius in cuius pago manet et adprehendat fistuco et dicat uerbis graffio · homo ille michi fidem fecit qui legitimi habeo illo et admallatum in hoc quod lex Salica habet et continet ego supra me et

furtuna mea pono quod securus mitto manu in furtuna mea quę dicat de causa quantum ei fidem fecit. Tunc graffio colligit · VII · rationeburgiis et sic cum eum ad domum illius qui fidem fecit ambulet. Si presens est qui fidem fecit sic dicat qui ad presens est uoluntate fecisti et eligite duos quos uolueris idoneos ratione- burgiis hís usque soluere debes expreciare debeant · et hoc debes secundum pretium satisfactionem quod si audire noluerit presens aut absens tunc rationeburgiis adpreciato pretio quantum ualuerit precius quod dedit hoc de furtuna illius tollat et de ipsam legem quam debet duas partes graffio frido ad se recollegat. Si tamen si fredo istam de ipsam causam non fuerit solutum · si graffio rogatus fuerit et sunnis eum non detenuerit · aut certa ratio do-
f. 31r minica et distulerit quod non ambulet neque mittat qui ei ‖ iustitia ex lege reddat de uita culpabilis esse debet ut si quantum ualuerit redemat ·

· L̊I · SIQUIS GRAFFIONEM AD RES ALIENAS INUITAUERIT ·/

Et legitimo eo iectatum aut admallatum non habuerit ille qui eum rogat ut iniuste tollat antequam legitime admallatus fuerit aut fides ei facta fuerit · VIII · denarios qui faciunt sol̊ · CC · culpabilis iudicetur ·

Ille uero qui rogat graffione iniuste aliquid confescare CC · sol̊ culpabilis iudicetur.

Si uero graffio supra legem aut debitum aut aliquid presumpserit aut se redemat aut de uita componat ·

LI̊I · DE REM PRĘSTITAM ·/

Siquis alteri de rebus suas aliquid prę̊stiterit et ei noluit reddere sic eum debet admallare cum testibus ad domo illius cui res suas prę̊stitit accedat et sic contestetur qui res meas noluisti reddere quas tibi prę̊stiteram in hoc eas teneas nocte ista quod lex Salica habet sic ei solem collecit · si nec tunc noluerit reddere adhuc septem noctes ei spatium donet et ad septem noctes similiter ei contestetur sicut ante fecerat in nocte proxima in hoc quod lex Salica habet res suas tenere debeat si nec tunc nolu̇erit reddere nec fidem facere reddendi super debitum ei qui prę̊stitit ut super illos VIIII · sol̊ quia per singulas admonitiones quę̊ritur · DC · denarios qui faciunt sol̊ · XV · adhuc amplius culpabilis iudicetur.

LI̊II · DE Ę̊NEUM MANUS REDIMENDUM ·/

Siquis ad enium admallatus fuerit forsitan conuenit ut illi qui mallatus est manum suam redemat et iuratoris donet. Si

talis causa est unde legitime · DC · denarios qui faciunt sol XV · debeat. Si probatus fuisset · CXX denarios qui faciunt sol · III · ultimam manum suam redemat ·

Si plus ad manum redimendam dederit fridus graffione soluatur · quantum de causa illa conuinctus fuisset redditurus erat ·

Si uero causa fuerat qui · XXXV · sol si adprobatus fuisset poterat culp iudicare · et si conuenerit ut manu sua redemat · sol · VI · donet ·

Quod si amplius dederit frid graffione soluatur quantum de causa si conuinctus fuerit redditurus erat sed ad redemptione de manu redimenda usque ad lieude sic perueniat ·

Si uero lieude altera alteri reportauerit et eum ad enium mallatus habuerit et conuenit ut iuratores donet manu sua redemat · I̅ CC denarios qui faciunt sol · XXX · manum suam redemat.

Quod si plus aliquid dederit fredum de ipsa lieude ipsius graffione requiratur.

LIIII · DE GRAFFIONE HOCCISO; ||

Siquis graffionem hocciderit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · culpabilis · f. 31v

Siquis saceborronem et graffionem hocciderit qui puer regius fuerit · CCC · sol culpabilis ·

Siquis saceborronem ingenuum hocciderit · XXIIII · denarios qui faciunt sol · DC · culpabilis ·

Siquis saceborronem in singulis malbergis plus quam tres non debent et si de causa aliquid de quod ei soluetur factum dixerit · hoc ad graffione non remouatur · hunde illis securitatem fecerint ·

LV · DE CORPORIBUS · EXPOLIATIS · / LV ·

VI * Si quis ex plurimis usque ad sex uasa foris tecto furauerit DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII * Si autem septem aut amplius furauerit, ita ut nulla remaneant, M·D·CCC· den qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

Si damnum in messe, uel in qualibet clausura illatum fuerit. Tit. X.

I SI quis animal, aut caballum, uel quodlibet pecus in messe sua inuenerit, peni|†tus eum uastare non debet, quod si p. 8
fecerit et confessus fuerit, capitale † loco restituat, † ipse. uero debilem ad se recipiat. Si uero confessus non fuerit † et ei fuerit adprobatum, **malb. leodardi** DC· denar. qui faciunt solid. XV. excepto capitale delatura.

II Si quis uero animal, caballum, uel iumentum † in furtum pinxerit, **malb. ftalacha** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

III Si quis in messe sua pecora aliena inuenerit quæ pastorem non habeant, et ea incluserit ut nulli penitus innotescat, et aliqua ex ipsis pecoribus perierint, **malb. texaca** MCCCC· den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IIII Si quis animal, aut quodlibet pecus, per suam negligentiam nocuerit † et confessus fuerit, capitale in loco restituat * Si uero negauerit † sed tamen uictus fuerit, **malb. leodardi** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V Si alicuius porci, aut quodlibet pecus, pastore illud custodiente in messem alienam cucurrerit, et ipso negante si ei fuerit adprobatum **malb, leodardi** siue **ande fitto,** ipso negante si adprobatum fuerit. DC· den. faciunt so. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI Si cuius pecora de damno, cum alios labores uastantur, aut inclaudantur, aut in domum minantur, et ea quiuis expellere aut excutere præsumpserit **malb. fchoto** DC· den. qui faciunt solidos XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII Si uero pecora de damno inclausa fuerint, ille cuius pecora sunt æstimatum reddat, insuper ·X· denar. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII Si quis autem per inimicitiam, aut per superbiam sepem alienam † ruperit, et in messem aut in pratum, * uel in quemlibet laborem pecora miserit, ille cuius est labor, testibus eum conuincat, ei reputetur damnum et æstimatum reddet **malb. leodardi** MCC· denar. qui faciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

De seruis mancipiis furatis Tit. XI.

I SI quis seruus aut ancilla caballum aut iumentum alterius furauerit, **malb. theu tha texaca** MCCCC· denar. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur. excepto capitale et delatura.

II Si quis seruum alienum furauerit, aut occiderit, aut uendiderit, aut ingenuum dimiserit, et ei fuerit adprobatum, **malb. theu texaca** M·CCCC· den. qui faciunt solid, XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. De ancilla uero solidos ··XXX.

III Si quis seruus aut ancilla, cum homine ingenuo, de rebus domini, sui aliquid deportauerit. **malb. leud ardi** DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IIII Si quis homo ingenuus in texaca secum duxerit aut
p. 9 aliquid cum eo nego‖tiauerit **malb. theu lafina** DC· denar. qui faciunt solidos. XV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

V Si quis seruum † puledrum furauerit **malb. uſu dredo**

M·DCCC· denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

VI Si quis maiorem, infestorem, scantionem, mariscalcum, stratorem, fabrum ferrarium, aurificem, siue carpentarium, uinitorem, uel porcarium, uel ministerialem furauerit, aut occiderit, uel uendiderit ualentem solidos XXV. **malb. theuca te|xara** M·CCCC· den. qui faciunt sol. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII Si uero maiorissam aut ancillam ministerialem ualentem sol. XXV. superiorem causam conuenit obseruare

VIII In alio pacto dicit, de ipsis **malb. thenca texaca is mala texaca, amba texa|ca, amba othonia,** prȩcia hȩc sol. in summa LXXXV. qui faciunt denar. MMMCC. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

De furtis Ingenuorum uel effracturis. Tit. XII

I SI quis uero ingenuus de foris casa † quod ualent duo denarii furauerit **malb. leudardi** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura

II Si quis uero de foris casa quod ualet den. XL. furauerit **malb. texaca** † M·CCCC· denar. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III Si uero ingenuus de intus casa furauerit aut fregerit quod ualent duo den. **malb. antidio** M·DCCC· qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur. excepto capitale et delatura.

IIII Si quis uero * supra quinque denarios furauerit deintro clauem MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

V Si uero ingeuuus clauem effregerit aut adulterauerit, et sic domum ingressus fuerit, et per furtum aliquid tulerit **malb. antidio** M·DCCC· den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI Si uero effregerit et nihil tulerit, et fugiens euadit, propter effracturam tantum, MCC· denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura

De furtis Seruorum uel effracturis Tit. XIII.

I SI quis seruus foris casa quod ualent duo denarii, furauerit, et ei fuerit adprobatum, aut centum † uiginti ictus accipiat, aut † CXX. den. qui faciunt solid. III culpabilis iudicetur. excepto capitale et delatura.

II Si uero furauerit quod ualent XL. denarii, aut castretur,

aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. reddat. dominus uero serui eius qui furtum fecerit, capitale et delaturam in loco restituat.

III Quicunque alienam domum uiolenter † disturbauerit, et domus si pro firma||mento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit MDCCC· denariis culpabilis iudicetur. Et si de ipsa domo proinde cum carro aliquid trahere pręsumpserit, excepto superiore numero MCC· denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

De Ingenuis hominibus, qui mulieres ingenuas rapiunt. Tit. XIIII.

I SI qui tres homines, ingenuam puellam de casa, aut de screona rapuerint, * **malb. authumia** MCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II † Illi uero qui super tres fuerint CC· den. qui faciunt sol. V· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III * Qui cum sagittis fuerint, unusquisque illorum CXX· den. qui faciunt solid. III· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IIII Raptor uero MMD· den. qui faciunt solid. LXII· cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura

V Si uero puella quæ trahitur in uerbo regis fuerit, propter fredum MMD· den. qui faciunt sol. LXII· et dimidium cogatur persoluere, excepto capitale et delatura.

VI Si quis puer regis, uel lidus, ingenuam fœminam traxerit. de uita componat.

VII Si uero ingenua fœmina, aliquemcunque de illis, sua uoluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII Si quis † puellam sponsatam tulerit, et sibi in coniugium sociauerit, **malb. ana ftheo** MMD· den. qui faciunt sol. LXII· cum dimidio culpabilis iudicetur.

IX † Sponso autem eius DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

X Si quis puellam † sponsatam druthe ducente ad maritum, et eam in uia aliquis adsallierit, et cum ipsa uiolenter mœchatus fuerit **malb. changi chal-|do** VIII M· den. qui faciunt solid. CC· culpabilis iudicetur.

XI Si quis ingenuus ancillam alienam sibi in coniugium † sociauerit **malb.** † **honomo** ipse cum ea in seruitium † inclinetur

XII * Si quis sororem, aut fratris filiam, aut certe alterius gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut auunculi sceleratis nuptiis sibi iunxerit, huic pœnę subiaceat, ut a tali consortio separetur,

atque etiam si filios habuerint, non habeantur legittimi hæredes, sed infamia sint notati

XIII Si quis ingenuam fœminam aut puellam, contubernio facto, seu in itinere, aut quolibet loco adsalierit, et uim illi inferre præsumpserit, tam unus quam plurimi, qui in ipsa uiolentia fuerint admixti, CC· solid. unusquisque ipsorum culpabilis iudicetur Et si adhuc de illo contubernio remanserint, qui scelus istud non admisisse noscuntur, et tamen ibidem fuerint, si plures aut minori numero quam tres fuerint, eorum quilibet pro ipsis XLV. sol. culpabilis iudicetur ‖

De eo qui Vxorem tulerit alienam, uiuo marito Tit. XVI. p. 1

I SI quis uxorem alienam uiuo marito tulerit, **malb. abtica:** et in alia mente, **ar-|ba theus en lanthamo** VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

II Si quis cum puella per uirtutem mœchatus fuerit, **malb. theurora** MMD· denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III Si quis cum ingenua puella et spontanea uoluntate amborum partium coiuerit, et in occulto mœchatus fuerit, **malb. frio lafia** MDCCC· den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

IIII * Si quis lidam alienam in coniugium sociauerit, M·CC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

De Superuentis uel Expoliationibus Tit. XVII.

I SI quis hominem ingenuum † superuentum expoliauerit, **malb. mofedo** MM·D· den. qui faciunt sol. LXXX cum dimidio culpabilis iudicetur.

II Si uero Romanus, barbarus, Salecum Francum expoliauerit, caussam superius comprehensam conuenit obseruare.

III Si uero Francus Romanum expoliauerit, **malb. mofedo** MCC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

IIII Si quis hominem qui alicubi migrare disponit, et dirigere habet præceptum regis, et si aliunde ierit in mallum publicum, et aliquis extra ordinationem regis restare eum facit, aut adsalire pręsumpserit, **malb. alacfacis uia lacina** VIII M· den. qui faciunt solid. CC· culpabilis iudicetur.

V Si quis hominem mortuum antequam in terram mittatur in furtum expoliauerit, **malb. chreo mofdo** MDCCC· den. qui faciunr sol. XLV. et in alia sententia MMD· denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

VI Si quis hominem mortuum exfodierit et expoliauerit,

malb. thurni chalt. IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

VII * Et postea parentes defuncti, iudicem rogare debent, ut inter homines non habitet author sceleris, et qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

VIII * Si quis mortuum hominem aut in † offo aut in petra, quæ uasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, MMD· den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

IX * Si quis aristatonem super hominem mortuum capulauerit, de unoquoque DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

X Si quis * hominem dormientem expoliauerit **malb. Chreo mofdo** IIII M· den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur. ‖

p. 12 **De eo qui Villam alienam adsalierit Tit. XVIII**

I SI quis uillam alienam adsallierit * **malb. alac falthio** MCC· den. qui faciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur.

II Si quis uillam adsalierit alienam, et ibidem ostia fregerit, canes occiserit, aut hominem plagauerit, uel in carro aliquid exinde duxerit, **malb. turpha falchio** VIII M· den. qui faciunt solid. CC· culpabilis iudicetur.

III Et quicquid inde abstulit, in locum restituat, et quicunque in eius contubernio fuisse * conuicti fuerint, unusquisque eorum MMD· denar. qui faciunt solid. LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

De Incendiis. Tit. XIX.

I SI quis casam quamlibet, intus dormientibus hominibus incenderit, ei cuius casa † est, **malb. andebau** MMDC· den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. Illi uero qui exinde euaserint, unusquisque ex ipsis eum mallare debent, per **Malberg feu, landeueuas,** et IIII M· denar. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur unicuique eorum.

II * Et quicquid ibi perdiderint in locum restituatur.

III Si aliqui ibidem remanserint **malb. leudi** IIII M. den. qui faciunt sol. C. culpabilis iudicetur.

IIII * Et ille qui incendium misit, parentibus uniuscuinsque defuncti VIII M. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

V Secundum legem Salicam, hoc conuenit obseruare, ut quicunque domum alienam arserit, et is res quas liberauerit, non habuerit ubi reponat.

VI Si in mallum uocatus fuerit, et is qui uocatus est non uenit, si eum aut infirmitas aut ambascia dominica detinuerit, uel forte aliquem de proximis mortuum intra domum suam habuerit, per istas sumis se poterit homo excusare, alias de uita componat, aut CC. sol. culpabilis iudicetur.

VII Si quis spicarium aut machalum cum annona incenderit, **malb. faldeban** MMD· denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

VIII Si quis sudenn cum porcis, scuriam cum animalibus uel fœnile incenderit, **malb. faldeba leofdeba** MMD· denar. qui faciunt solidos LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

IX * Et si aliquid non remanserit ibidem, **malb. leudi** VIII M. denar. qui faciunt solid. CC· culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

X Si quis cuncida alienam capulauerit, **malb. bila** DC· denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. ‖

XI Si quis uero cuncida uel sepe incenderit **malb.** † **bica** p. 13 Dc· den. qui faciunt solidos XV· culpabilis iudicetur.

De Vulneribus. Tit. XX.

I SI quis alterum uoluerit occidere et colpus prætersallierit **malb. feu landoue-|uas** MMD· den. qui faciunt sol. LXII· et dimidium culpabilis iudicetur.

II Si quis alterum de sagitta toxicata percutere uoluerit, similiter **malb. &** caussam superius conuenit obseruare.

III Si quis hominem * plagauerit, et sanguis ad terram cadit, et ei fuerit adprobatum **malb.** * **charfrido** DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

IIII Si quis hominem in capite plagauerit, † et exinde ossa exierint, **malb. char-|frido** MCC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

V * Si quis hominem ita plagauerit ut cerebrum appareat et tria ossa desuper cerebro exierint **malb. aude afenus** MDCCC· denar. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

VI Si uero intra costas aut in uentrem, ita ut uulnus ad interanea peruenerit, et semper currat † et non sanat, **malb. frioblitto** MMD· denar. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio, excepta medicatura pro qua solidos VIIII. componat, qui faciunt denar. CCCLX.

VII Si quis ingenuus ingenuum cum fuste percusserit et sanguis tamen non exierit, usque ad tres colpos, **malb. uuadfaltho** CCCLX· den. qui faciunt solid. VIIII culpabilis iudicetur id est, per unumquemque ictum semper ternos solid. soluat.

VIII Si uero sanguis exierit, taliter culpam componat, quantum si eundem ferramento uulnerasset, hoc est ·DC· den. qui faciunt solid. XV.

IX Si quis alius, † clauso pollice ter alium percusserit, **malb. uuadefaltho** CCC·LX· den. qui faciunt sol. VIIII. culpabilis iudicetur * ut pro unoquoque ictu ternos solidos componat.

X Si quis alterum in uia † adsallierit et eundem raubauerit, **malb. chaeroeno** MCC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

XI * Si quis alterum in uia adsallierit et expoliare tentauerit, et ille fuga euaserit **malb. moſdo** MCC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

De eo qui hominem Innocentem apud Regem accusauerit. Tit. XXI.

I SI quis hominem innocentem, absentem apud regem accusauerit, **malb. feu lã|doueuas** MMD· den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II * Si uero tale crimen ei imputauerit, unde mori debuisset si uerum fuisset, ille qui eum accusauerit VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur. ‖

p. 14

De Maleficis. Tit. XXII.

I SI quis alteri herbas dederit bibere ut moriatur **malb. affectu leudi** VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur. Et si is cui maleficium fecerit, euaserit, **malb. tho vueſpho ac faltho** MMD· den. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

II Si quę mulier, alteri mulieri maleficium fecerit, ut infantem habere non possit, MMD· denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

III * Si uero quis quod alius dedit ueneficium biberit † et mortuus non fuerit, **mal. tho vuesfo ac faltho,** MMD· den. qui faciut sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

IIII Si quis alteri aliquod maleficium superiactauerit, siue cum ligaturis in aliquo loco miserit, MMD· den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

De Manu mulierum non stringenda. Tit. XXIII.

I SI homo ingenuus fœminæ ingenuæ digitum aut manum † instrinxerit, **malb. chamni,** DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II Et ei si brachium destrinxerit, **malb. chamnum** MCC· denar. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

III Certe si super cubitum manum † strinxerit, **malb. chamnin mane charde** MCCCC· qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

IIII Si quis mulieri mammillam † capulauerit, **malb. ibidem bruche** MCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

De Nauibus furatis. Tit. XXIIII.

I SI quis † extra consilium domini sui, nauem alienam mouere præsumpserit † aut cum ea flumen transierit, **malb. flemere** CXX· den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

II Si quis ipsam nauem furauerit, **malb. flemere** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

III Si quis † ascum deintro clauem furauerit, **malb. cham zy afco** MDCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

IIII Si quis ascum de intro clauem repositum, et in suspenso pro studio positum furauerit, **malb. cham zy afco** MDCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

De Furtis in molino commissis Tit. XXV.

I SI quis ingenuus, annonam alienam in molino furauerit, **malb. authedio**, id est, cui molinus est ipsius molinario DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Ei uero cuius annona fuisse probatur, alios XV. solidos similiter soluat, excepto capitale et delatura.

II Si quis sclusam de farinario alieno ruperit, **malb. urbis uia lacina** DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. ‖

III * Si quis ferramentum de molino alieno furauerit, **malb.** p. 15 **authedio** M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

De Caballo ascenso. Tit. XXVI

I SI quis caballum, † extra consilium domini sui ascenderit, et eum caballauerit **malb. leudardi.** et in alia mente **Burgo fitto**, DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, et pro eo quia ascenderit, quando descendet similiter alios XV. sol. soluat.

De furtis diuersis. Tit. XXVII

I SI quis tintinnum de porcina aliena furauerit, **malb. aurappo**, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II Si quis uero pedicam de caballo furauerit, et ei fuerit adprobatum, **malb. leu|dardi**, CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

III Si uero ipsi caballi perierint, capitale in locum restituat.

IIII Si quis tintinnum de pecoribus furauerit, **malb. leudardi**, CXX. dena. qui faciunt, solid. III. culpabilis iudicetur.

V Si quis messe aliena in furtum metere prȩsumpserit, aut repascere inuentus fuerit ibidem, **malb. leudardi**, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

VI Si quis in hortum alienum ad furtum ingressus fuerit, aut in napinam uel in fabariam, in pisariam, in lenticulariam **malb. leudardi**, DC· den. qui faciunt soli. XV. culpabilis iudicetur.

VII Si quis † aliquid de campo alieno furauerit, et hoc exinde in carro aut per caballum duxerit **malb. leudardi** M·DCCC· den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

VIII Si uero tantum priserit, quantum in dorso suo portare ualuerit, **malb. leudar|di**, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

IX Si quis pratum alienum secauerit, † operam suam perdat, et insuper sol. XV. culpabilis iudicetur, et si ipsum fœnum in carro carrauerit, et ad domum suam † adduxerit **malb. leudardi**, M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

X Si uero tantum priserit, quantum in dorso suo portare potuerit, **malb. leudar|di**, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XI Si quis uineam alienam in furtum uindemiauerit, **malb. leudardi**, DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. et si ipse uinum in carro carrauerit, et ad domum suam duxerit, et discarrauerit, **malb. leudardi**, M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur. de messe uero similiter conuenit obseruare.

XII Si quis in sylua materiam, aut ligna furauerit, aut incenderit, uel capulauerit **malb. leudardi**, DC· den. qui faciunt, solid. XV. culpabilis iudicetur.

XIII Si † quis rete † ad anguillas de flumine inuolauerit. **malb. ob dopus**, DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. ‖

p. 16 XIIII Si quis statuam aut † tremagolum, uel uertebolum de flumine furauerit, **malb. naſtthus**, **texacha**, DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XV Si quis screona qui clauem habet infregerit, **malb. naſche ſtreonas anthedi** M·DCCC· den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

XVI Si quis screona sine claue fregerit, **malb. obdon,** DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XVII Si uero de screona clauem fregerit, et nihil exinde tulerit, **malb. leudardi,** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, pro sola effractura.

XVIII Si quis campum alienum arauerit, et non seminauerit, **malb. leudardi,** DC· denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XIX Si quis in campo alieno arauerit, et seminauerit, **malb. ob reppus** M·CC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

XX Si quis uero † de campo alieno aratrum anteortauerit, aut iactauerit, **malb. anh unerbo** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XXI * Si quis in potus de pomario, aut de † pirario diruperit, **malb. leudardi** CXX· den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

XXII * Sin in horto fuerit, **malb. ortopodun** DC· dē. qui faciunt sol. XV. culpab. iudicetur

XXIII * Si quis melarium aut pirarium decorticauerit, **malb. leudardi** CXX· denariis qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

XXIIII * Si uero in horto fuerit **malb. ortobaum** DC· den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XXV † Si quis cultellum alienum furauerit DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur

XXVI * Si quis clausuram alienam ruperit DC· den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur

XXVII * Si quis materiam de una parte dolatam furauerit, **malb. leudardi** CXX· denariis, qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXVIII * Si quis † arborem post annum quam fuerit signata priserit, nullam exinde habeat culpam, si quis infra annum eam capulauerit CXX, den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XIX * Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit MCC· den. qui faciunt soli. XX. culpabilis iudicetur.

XXX * Si quis mulieri brachiale furauerit, **malb. fubtho** CXX· den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXXI * Si quis per casam alienam siue permissu, † possessoris traxerit, **malb. ala | chefcido** M·CC· den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur. ‖

De Homicidiis paruulorum. Tit. XXVIII

p. 17

I SI quis puerum infra duodecim annorum † non tonsora-

tum occiserit, **malb. aſcha|ra leudardi** XXIIII· M· den. qui faciunt solid. dc. culpabilis iudicetur.

II Si uero puerum crinitum sine consilio aut uoluntate parentum totonderit, **malb. ſchuiſara chrogino** MM·D· den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur

III Si uero puellam similiter sine patris aut matris uoluntate totonderit † **theo-|ctidia** M·DCCC· den.ar qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

IIII Si quis fœminam ingenuam grauidam trabattit, et ipsa fœmina fuerit mortua, **malb. anuano leudinia** XXVIII M· den. qui faciunt sol. DCC· culpabilis iudicetur.

V Si quis uero infantem in uentre matris suæ * occiderit, **malb. anouuado** VIII M· den. qui faciunt sol. CC.

VI Si quis puer infra duodecim annorum aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

VII Si quis fœminam ingenuam, postquam infantes habere non potest occiderit, **malb. leodinia** VIII M· denar. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

VIII Si quis fœminam ingenuam, postquam cęperit infantes habere, occiderit, **malb. leodinia** XXIIII M· den. qui faciunt solid. DC· culpabilis iudicetur.

IX Si quis puellam ingenuam † occiderit, **malb. ex mala leudi** VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

De Adulteriis ancillarum. Tit. XXIX.

I SI quis ingenuus cum ancilla aliena męchatus fuerit, **malb.** † **anilaſina** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

II Si uero cum ancilla regia męchatus fuerit, **malb. theulaſina** M·CC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

III Si uero seruus cum ancilla mœchatus fuerit, CXX· den. qui faciunt sol. III. componat

IIII Si seruus ancillam alienam extra uoluntatem domini sui ad coniugium sociauerit, **malb. authanio** CXX· den. qui faciunt sol. I. culpabilis iudicetur.

V * Si quis Francus alienam ancillam sibi publice iunxerit, ipse cum ea in seruitute permaneat.

VI * Si seruus cum ancilla mœchatus fuerit et de ipso crimine ancilla mortua fuerit, seruus ipse aut castretur, aut CCXL· den. qui faciunt sol. VI· culpabilis iudicetur, dominus uero serui capitale in locum restituat. Si autem ancilla propter hoc non fuerit mortua, seruus ipse aut CXX· ictus accipiat, aut CXX· den. qui faciunt sol. III· domino ancillæ cogatur persoluere

De Libertis dimissis. Tit. XXX.

I SI quis lidum alienum * extra consilium domini sui ante regem per denarium ingenuum dimiserit, **malb. maltho theato meolito** III M· den. qui faciunt sol. C· culpabilis iudicetur, et capitale domino ipsius restituat. ‖

II * Res uero ipsius lidi legittimo domino * restituantur. p. 18

III Si quis seruum alienum ante regem per denarium ingenuum dimiserit, **malb. maltho | theatha meotheos** M·CCCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpabilis iudicetur, excepto capitale, quod domino restituatur, res uero ipsius serui proprius dominus recipiat.

De Elocationibus. Tit. XXXI

I SI quis in furtum aliquem locare uoluerit, ut hominem interficiat † et inde prętium accipiat, **malb. anuena** III·M· denar. qui faciunt sol. C· culpabilis iudicetur.

II * Si quis in furtum aliquem elocare uoluerit ut hominem intercipiat et præcium ab hoc acceperit, et non fecerit cui fuerit adprobatum, **malb. feu lando efa** MMD· den. qui faciunt solid. LXII· et dimid. culpabilis iudicetur.

III * Similiter et ille qui prætium occepit ut hominem accideret MMD· den. qui faciunt, solid. LXII· et dimidium culpabilis iudicetur.

IIII * Si quis in furtum elocatum, acceptum prætium, hominem occidere uoluerit, et non fecerit, **mal. feu lando efa** MMD· den. qui faciunt sol. LXII· cum dimid. culpabilis iudicetur

V * Si uero per tertium locatio ipsa fuerit transmissa MMD· den. qui faciunt sol. LXII· et dimid. culpab. iudicetur, unusquisque illorum, scilicet dans, accipiens et portans.

De Debilitatibus. Tit. XXXII

I SI quis alterum manu aut pede capolauerit de manu capolata, unde homo mancus est, et ipsa manus super eum pendit, **malb. fichte** MMD· den. qui faciunt solid. LXII· et dimidium, culpabilis iudicetur.

II Si uero ipsa manus super excussa fuerit, **malb. chamin** IIII M· denar. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

III Si quis pollicem de manu uel pede excusserit, **malb. alachtã** M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV· culpabilis iudicetur, si uero ipse pollex, in ipsa manu mancatus pependerit, **malb. alachtamo chaminis** MCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpab. iudicetur

IIII Si secundum digitum quo sagittatur excusserit, **malb. alatham briorode-|ro** M·CCCC· dena. qui faciunt, solid. XXXV· culpabilis iudicetur.

V Si quis alteri tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, **malb. cha-|minis** M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV· culpabilis iudicetur.

VI Si quis † medianum digitum excusserit, **malb. taphano** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

VII Si uero quartum digitum excusserit, **malb.† malegano** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

VIII Si minimus digitus excussus fuerit, **malb. mine chleno** DC· denar. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

IX Si uero † pes capolatus fuerit, mancus ibidem † tenuerit, **malb. chal de china|chamin** M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV· culpabilis iudicetur.

X Si uero † pes capulatus fuerit, et mancus ibidem tenue-
p. 19 rit **malb. chul de chi na chamin** M·DCCC· den. qui faciunt solid. XLV· culpalis iudicetur.

XI Si uero ipse pes excussus fuerit **malb. † chaldachina fichte** MMD· den. qui faciunt solid. LXXII· cum dimidio culpabilis iudicetur

XII Si quis alteri oculum † tulerit, **malb. liclamina** MMD· denar. qui faciunt solid. LXXII· et dimidium culpabilis iudicetur.

XIII Si quis nasum alteri excusserit **malb. frafitto** MDCCC· denar. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

XIIII Si quis auriculam alteri excusserit **malb. chunni cleura** DC· denar. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

XV Si quis alterum lingua † capolauerit unde loqui non possit **malb. al chaltua** IIII M· den. qui faciunt sol. C· culpabilis iudicetur.

XVI Si quis dentem excusserit **malb. in clanina** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

XVII Si quis ingenuum castrauerit aut uirilia transcapolauerit, unde mancus sit **malb. uuiradardi** IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur,

XVIII Si uero ad integrum tulerit uirilia, **malb. alacharde** VIII M· denar. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

XIX Si quis Salecus Salecum castrauerit VIII M· den. culpabilis iudicetur, qui faciunt solid. CC· excepta medicatura, quæ componatur sol. IX.

XX Si quis antrussionem castrauerit XXIIII M· den. qui faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur. excepta medicatura quæ VIIII· sol. componatur.

De Conuitiis Tit. XXXIII.

I SI quis alterum cinitum uocaret **malb. quintuo** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

II Si quis alterum falsatorem, et mulier alteram mulierem meretricem clamauerit, **malb. extrabo** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

III Si quis alterum concacatum, aut uulpeculam uocauerit CXX· den. qui faciunt sol. III· culpabilis iudicetur.

IIII Si quis alterum leporem clamauerit, CCXL· den. qui faciunt solid. VI· culpabilis iudicetur

V Si quis homo ingenuus alio improperauerit, quod scutum † suum iactasset et fuga lapsus fuisset, et non potuerit adprobare, **malb. aultrapo** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

VI * Si quis alterum delatorem clamauerit et non potuerit adprobare, **malb. leu|dardi** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. ‖

De Via Lacina Tit. XXXIIII. p. 20

I SI quis baronem de uia † ortauerit aut impinxerit **malb. uia lacina** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur

II Si uero mulierem ingenuam de uia sua ortauerit aut impinxerit, **malb. ur-|bis uia lacina** MDCCC· den. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur

III Si quis in uia alterum adsalierit et eum raubauerit **malb. chereno** MCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpabilis iudicetur

IIII * Si quis uiam quæ ad farinarium † ducit clauserit, **malb. urbis uia lacina** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur

De ligaminibus Ingenuorum Tit. XXXV.

I SI quis hominem ingenuum sine causa ligauerit, **malb. obrepus, andrepus** MCC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur

II * Si uero eum ligatum in aliquam partem duxerit, **malb. andrepus** MDCCC· den. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

III * Si uero Romanus Francum ligauerit sine caussa MCC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur,

IIII * Si uero Francus Romanum ligauerit sine caussa, DC· denar. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

V * Si quis ligatum per superbiam aut per uirtutem a grauione tulerit **malb. mi-|tho foſa ſtadiuo,** uitam suam redimat

De Venationibus. Tit. XXXVI.

I SI quis † aliqua de uenatione de auibus aut de piscibus furauerit, **malb. leudar-|di** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

II * Quam legem tam de uenationibus quam et de piscationibus conuenit obseruare.

III Si quis ceruum domesticum signum habentem furauerit, aut occiderit, * qui ad uenationem faciendam mansuetus factus est † et telarium cum testibus potuit adprobare quod extelarius fuisset, **malb. † trouandio** MDCCC· denar. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

IIII Si quis uero alium ceruum domesticum, qui in uenatione adhuc non fuisset occiderit aut † furauerit, **malb. trouuidio cham ſtala** MCCCC· den. qui faciunt sol. XXXV· culpabilis iudicetur.

V Si quis ceruum lassum quem alterius canes mouerunt et adlassauerunt, inuolauerit aut celauerit, **malb. trochuuido** DC· den. qui faciunt sol. XV, culpabilis iudicetur.

VI Si quis aprum quem alieni canes mouerunt et alassauerunt occiderit * uel furauerit, **malb. aruuernon** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. ‖

p. 21

De sepibus Tit. XXXVII.

I SI quis tres uirgas † unde sepes superligata est, uel retortas, * capulauerit aut † aperuerit **malb. leudardi** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

II Si quis per alienam messem, postquam † leuauerit herbice traxerit, aut cum carro sine uia transierit **malb. leudardi** DC· denar. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

III Si quis per alienam messem, iam † expalmitantem sine uia transierit, causam superius conuenit obseruare.

IIII Si quis per malum ingenium, in curtem alterius uel in casam, uel ubilibet aliquid † de furato miserit, nesciente domino * cuius possessio est, ubi inuentum fuerit qui hoc miserat **malb. ferthebero** MMD· den. qui faciunt sol. LXII· cum dimidio culpabilis iudicetur.

V Si quis sepe concisa aliena arserit, **malb. bila** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

De homicidiis seruorum uel expoliationibus. Tit. XXXVIII.

I SI quis seruus seruum uel * se consimilem occiderit **malb. theu leude**, aut **theu | leudinia**, hoc conuenit ut homicidam illum domini inter se diuidant,

II Si quis ingenuus seruum alienum adsalierit et expoliauerit, et insuper quadraginta denarios ei tulisse probatur, **malb. theu nofdo** DC· den. qui faciũnt † sol. XV· culpabilis iudicetur.

III * Si uero minus tulerit quam ualent XL· denarii DC· denariis qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

IIII Si quis seruum alienum † battiderit † et ei insuper quadraginta noctes trigauerit opera sua **malb. daudinariæ** XL· den. qui faciunt sol. I· et triente uno culpabilis iudicetur.

V * Si quis seruum alienum mortuum expoliauerit per furtum, et spolia ipsa plusquam XL· denarios ualeant tulerit, **malb. then frio mofido** DC· den. qui faciunt. sol. XV· † culpabilis iudicetur.

VI Si quis uero homo ingenuus lidum alienum expoliauerit, **malb. theu mofi|do** M·CCCC· den. qui faciunt solid. XXXV· culpabilis iudicetur

VII Si seruus hominem ingenuum occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis occisi parentibus tradatur, et aliam medietatem dominus serui se nouerit soluturum. Sed si seruus legem intellexerit, poterit dominus se obmallare ut ipse leudem non soluat.

De Quadrupedibus qui hominem lædunt Tit. XXXIX.

I SI aliquis homo, ex quolibet quadrupede qui domesticus fuerit, occidatur, et hoc † cum testibus potuerit adprobari, † dum illius dominus † cuius pecus erat, ante legem non adimpleuit, medietatem de ipsa leudi componat. et pro alia medietate ipsum quadrupedem homini donet † Si uero pecoris dominus, uitium in eo non intellexerit, secundum legem exinde se potest defendere, et de ipso pecore nihil soluat. ‖

De Vestigio minando Tit. XL. p. 22

I SI quis bouem aut caballum siue quod libet animal in furto perdiderit, et eiusdem uestigia sequitur, et id consecutus fuerit, usque in tertia nocte, et ille qui id duxerit, aut emisse se, aut cambiasse dixerit aut proclamauerit: ille qui per uestigia sequitur, res suas per tertiam manum adrhamire debet. Si uero iam tribus noctibus exactis, qui res suas quærit et inuenerit,

apud quem inueniuntur si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipsi liceat adrhamire. Qui uero per uestigium sequitur, quod se agnoscere dicit, illo alio reclamante, † non offerre per tertiam manum uoluerit, nec solum secundum legem calcauerit, et ei uiolenter quod se agnoscere dicit tulisse conuincitur **malb. mittinio † fraſtatitio** MCC· den. qui faciunt solid. XXX culpabilis iudicetur.

De furtis cabellorum Tit. XLI.

I SI quis caballum qui carrucam trahit furauerit **malb. chanco** MDC· den. qui faciunt sol. XL· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura

II Si quis caballum spathum furauerit **malb. chengiſto** MCCCC· den. qui faciunt sol. XXXV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III * Si quis Vuaranannionem homini Franco furauerit **malb. uuadrido.** MDCCC· den. qui faciunt solid. XLV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IIII Si quis uuaranionem regis furauerit **malb. ſetheo** †MMCCCC· den. qui faciunt solid. LX· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V Si quis admissarium * cum grege, hoc est cum VII. aut XII. equabus furauerit **malb. huicthe ſoniſtha** MMDC· den. qui faciunt solid. LXII· cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI Si autem de grege minus fuerint usque ad sex capita et pretium et caussam superius conuenit obseruare

VII Si quis Franco homini admissarium furauerit **malb. uuadredo** MDCCC den. qui faciunt solid. XLV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII Si quis puledrum furauerit **malb. uuadredo** MDCCC· denar. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IX Si quis puledrum annniculum siue bimulum furauerit **malb. napodero** DC· denar. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

X Si uero sequentem puletrum furauerit, **malb. nare.** CXX. denar. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XI Si quis iumenta aliena tribatterit * et euaserint **malb. ſtalathia** MCC· den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XII * Si autem mortua inde fuerint MCC· denar. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

XIII * Si quis † equam prægnantem furauerit **malb. eſtalathia** M·DCCC· den. qui fa‖ciunt solidos XLV· culpabilis iudicetur, p. 23 excepto capitale et delatura.

XIIII * Si quis iumentum aut caballum furauerit, MCCCC· den. qui faciunt sol. XXXV· excepto capitale et delatura.

XV * Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui spadauerit, **malb. an-|dechobina** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur, et unumquodque iumentum, quod ille inire consueuerat, trientem, quod est tertia pars solidi, id est, XIII· denar. et tertia pars unius denarii.

XVI * Si quis per superbiam aut per inimicitiam, caballos aut iumenta aliena tribauerit, uel debilitauerit, **malb. ſtala ſthia** MCC· denar. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

XVII Si quis caballum alienum sine consensu domini sui excorticauerit, **malb. leu|dardi** CXX· den. qui faciunt solid. III· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

De Plagiatoribus. Tit. XLII.

I SI quis mancipia aliena sollicitauerit * et conuictus fuerit, **malb. theu la ſina** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

II † Si seruus alienus fuerit furatus, et ipse trans mare fuerit ductus, **malb. uiri-|dio** * siue in quamlibet regionem ipsum duxerit, et ibidem a domino suo inuentus fuerit, et ipsum a quo in patria aliena plagiatus est, in mallo publico nominauerit, et tres ibidem testes colligere dominus debet, et iterum cum seruus ipse citra mare fuerit reuocatus, in altero mallo iterum debet nominare qui eum plagiauerit, et ibidem similiter tres testes colligere debet, ad tertium uero mallum similiter facere debet, ut nouem testes iurent, quod seruum ipsum, æqualiter per totos mallos super plagiatorem dicentem audissent. Sic postea qui eum plagiauerit, MCCCC· den. qui faciunt sol. XXXV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III * Quæ confessio serui usque ad tres plagiatores admittatur, ea tamen ratione ut nomina hominum et uillarum æqualiter per totos tres mallos debeant nominare.

IIII Si quis hominem ingenuum plagiauerit, et uendiderit, * et postea in patriam reuersus fuerit, **malb frio faltouo** seu **audel fecto** VIII M· denar. qui faciunt solid. CC· culpabilis iudicetur.

V Si quis hominem ingenuum uendiderit, et postea in patriam reuersus non fuerit, **malb. fal. cham** VIII M· den. culpabilis iudicetur · qui faciunt solid. CC·

De Seruo qui de furto fuerit inculpatus. Tit. XLIII.

I SI cuius seruus in furtum fuerit inculpatus, si talis caussa est, unde ingenuus DC· den. qui faciunt sol. XV· componere debeat, seruus super scamno trusus CXX· ictus accipiat, si uero antequam torqueatur fuerit confessus et ei cum domino suo conuenit, CXX· den. qui faciunt sol. III· dorsum suum redimat,
p. 24 dominus uero suus ‖ capitale restituat. Requirenti autem si maior culpa fuerit, unde ingenuus MCCCC· den. qui faciunt sol. XXXV· soluere debet, similiter seruus CXXI· colaphos accipiat. Et si in ipso supplitio confessus fuerit illi qui eum torquet, et ipse seruum adhuc magis uult torquere etiam nolente domino, pignus domino serui dare debet, et sic seruus ad supplitia maiora datur, et si confessus fuerit, nihil ei super dominum credatur, ipse uero illum seruum habiturus, qui eum torsit, et dominus serui qui iam pignus accepit, precium pro seruo recipiat.

II Si uero infra priora supplicia, id est, CXXI· colaphis fuerit confessus, aut castretur aut CCXL· denarios qui faciunt solid. VI· reddat. Dominus autem serui capitalem in loco restituat.

III Requirenti uero si talis culpa est, unde homo ingenuus siue Francus VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur, seruus solidis XV· id est, DC· den. componat. Si uero in maioribus criminibus seruus inueniatur unde ingenuus MDCCC· denar. qui faciunt sol. XLV· possit iudicari, et inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

IIII Si autem seruus de quolibet crimine inculpatus, dominus serui si præsens est ab eo qui repetit admoneatur, ut seruum ad iusta supplicia reddat. Et qui repetit uirgas habeat paratas, quę in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant, et scamnum paratum habere debet, et ibi seruum ipsum extendere debet. Si dominus serui supplicium † detulerit, et seruus præsens fuerit, continuo ipse qui repetit, domino serui solem collocet, et ad septem noctes placitum † concedat, ut seruum ad supplicium tradat. Qui si adhuc septem noctibus impletis, seruum tradere distulerit solem ei, is qui petit, iterato collocet cum testibus, et sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat, id est, in XIIII· noctes a prima admonitione cõpleatur. Quod si impletis XIIII· noctibus, seruum noluerit ad supplicium tradere, omnem causam uel compositionem dominus in se recipiat, hoc est, si talis caussa fuerit, unde ingenuus DC· den. qui faciunt solid. XV· potuerit componere, ipse dominus pro seruo reddat.

V Quod si adhuc maior culpa fuerit, de qua seruus requi-

ritur, et dominus serui non ut seruus soluat, sed ut ingenuus totam legem super se soluturus excipiat.

VI Quod si uero seruus absens fuerit, dominus serui a repetentibus tertio admoneri debet, ut seruum suum intra septem noctes debeat prȩsentare, quod si non fecerit tunc repetens cum testibus solem illi collocet, et sic ad alias VII· noctes placitum illi concedat. Si tunc seruum non præsentauerit, tunc repetens cum testibus solem illi collocet tertia uice adhuc ad septem noctes, ita ut totus numerus ad XXI· noctem perueniat, quod si per tria hæc placita, seruum noluerit ligatum suppliciis dare, aut præsentare, et tamen per singula placita ei solem collocauerit, tunc dominus serui omnem repetitionem non qualem seruus, sed qualem ingenuus, si hoc admisisset tandem compositionem repetenti restituat.

VII Si uero ancilla in tale crimen inculpetur, unde seruus castrari debeat, aut CC·XL· ictus accipere flagellorum, ipsa totidem ictus accipiat, aut CCXL· denar. qui faciunt sol. VI· componat.

VIII Si quis cum seruo alieno sine consilio domini sui negotiauerit, DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. Certe si talis culpa est, unde ingenuus homo Francus VIII M· denar. componere debet, seruus sol. XV· culpabilis iudicetur. ‖

De homicidiis Ingenuorum. Tit. XLIIII. p. 25

I SI quis ingenuus Franco, aut barbarum, aut hominem qui Salica lege uiuit, occiderit, **malb. leudi** VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

II Si uero eum in puteum aut sub aquam miserit, **malb. vuath leudi** XXIIII M· denar. qui faciunt † solid. DC· culpabilis iudicetur.

III Si quis hominem in puteum aut in uipida iactauerit, et uiuus exinde euaserit, ut ad casam suam possit accedere, **malb. chalip fub dupio** IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

IIII Si uero eum qui in truste dominica est, occiderit, **malb. leudi** XXIIII M· denar. qui faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur.

V Si uero eum de hallis aut de rama * super operuerit * similiter LXXII M· den. qui faciunt solid. MDCCC· culpabilis iudicetur.

VI Si Romanus homo conuiua regis occisus fuerit, **malb. leudi** XII M· den. qui faciunt solid. CCC· componatur.

VII Si quis Romanum tributarium occiderit, MDCCC· den. qui faciunt † solid. XLV· culpabilis iudicetur.

VIII Si quis hominem ingenuum inuenerit in quadriuio, aut in uia, sine manibus aut pedibus, inimici sui ui detruncatus, et eum uita priuat aut occiderit, **malb. frio fald** * IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

IX Si quis hominem ingenuum de barco abbatiderit sine uoluntate MDCCC· denar. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

X Si quis caput de homine, quod inimici sui in palum miserunt, sine uoluntate alterius deposuerit, **malb. Raba nal** DC· **den.** qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

XI Si quis hominem in puteum * iactauerit, et is exeundo uiuus euadit IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

XII Si uero in puteo mortuus fuerit, * **malb. muftheft** XXIIII·M· den. qui faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur.

XIII Simili modo qui in pelagus hominem impinxerit, et exinde euaserit, **malb. piomarina** IIII M· den. qui faciunt solid. C· culpabilis iudicetur.

XIIII Si quis puellam ingenuam occiderit, **malb. nuchà la** VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

XV * Si quis Romanus homo possessor, id est, qui res in pago ubi remanet proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse conuincitur, IIII M· den. qui faciunt solid. V· culpabilis iudicetur.

XVI * Si quis hominem ingenuum quemlibet socium suum, de quolibet crimine accusauerit, et per eius cõmotionem siue mendacium, ille qui accusatus est, occisus fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietate leodis eius componat. Ille uero qui eum occiderit, secundum legem pleniter eum componat. ‖

p. 26 **De Homicidiis a contubernio factis. Tit. XLV.**

I SI quis collecto contubernio, hominem ingenuum, in domo sua adsallierit, et ibidem eum occiderit, **malb. chames talia** XXIIII M· den. qui faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur.

II Si † uero in truste dominica, ille qui occisus est fuerat,* LXXII M. den. qui faciunt sol. MDCCC· culpabilis iudicetur.

III Quod si corpus occisi hominis, tres plagas uel amplius habuerit, tres qui inculpantur, et quod in eo contubernio fuerint probantur, legem superius comprehensam singillatim cogantur exsoluere. Alii uero tres de eodem contubernio * III MDC· denar. qui faciunt solid. XC· unusquisque eorum culpabilis iudicetur, et tres adhuc in tertio loco, de eodem contubernio * MDCCC· den. qui faciunt sol. XLV· singuli eorum cogantur exsoluere. Si uero Romanus uel lidus in tali contubernio occisus fuerit, huius compositionis medietas soluatur.

IIII Si quis contubernio facto, uillas alienas cum tribus effregerit, **malb. a lat | faltheo** III MCXX· denar. qui faciunt solid. LXXVIII· culpabilis iudicetur.

De Homicidiis in conuiuio factis. Tit. XLVI.

I SI in conuiuio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, * ille qui remanet aut unum conuictum reddant, aut omnes mortis illius cõpositionem † conlectent, quæ lex usque ad septem qui fuerint in conuiuio illo, conuenit obseruare.

II Si uero in illo conuiuio plusquam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant.

III Si quis foris casa, siue iter agens, seu in agro positus, a contubernio fuerit occisus, et tres uel amplius habuerit, **malb. druchte lidio.** hoc est, et tres de eodem contubernio conuicti fuerint, singillatim mortis illius cõpositionem cõponant, et tres alii de ipso contubernio MCC· den. qui faciunt solid. XXX· unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres alii adhuc de ipso contubernio DC·· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

De re Ipus. Tit. XLVII.

I SI ut fieri adsolet, homo moriens, uiduam dimiserit, et eam quis in coniugium uoluerit accipere, antequam eam accipiat, tunginus aut centenarius mallum indicent, et in ipso mallo, scutum habere debet, et tres homines, uel caussas † mandare. Et tunc ille qui uiduam accipere uult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solid. ęque pensantes, et denarium habere debet. Et hoc facto, si eis conuenit, † uiduam accipiat.

II Si uero † ista non fecerit, et sic eum acceperit, **malb. Rei phus haec cha la ſi|nus** MMD· den. qui faciunt sol. LXII· cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III Si autem quæ superius diximus omnia secundum legem impleuerit, et tres solidos et denarium ille cui reiphe debetur acceperit, tunc eam legittime accipiat. Hoc discernendum uidetur, cui reipus debeatur. Si nepos fuerit sororis filius, senior ille accipiat, quod si neptis filius non fuerit, consobrinus filius qui ex materno genere uenit, ipse accipiat. Si autem nec consobrinus filius fuerit, tunc auunculus frater matris reipum ‖ ac- p. 27
cipiat. Si uero auunculus non fuerit, tunc frater illius, qui ipsam mulierem antea habuerat, si in hæreditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius, uenturus non est, ipse reippum acci-

piat. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximus fuerit superius nominatis, sui singillatim secundum parentelam dicti sunt, usque ad sextum geniculum, si in hæreditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reippos accipiat

IIII Si autem nullus, nisi post sextum geniculum proximus fuerit, in fiscum reippi uel caussa quæ inde acta fuerit colligatur.

De Migrantibus. Tit. XLVIII

I SI quis super alterum in uilla migrare uoluerit, et aliqui ex eisdem, qui in uilla consistunt, eum suscipere uoluerint, et uel unus uel aliquis ex ipsis extiterit, qui contra dicat, migrandi licentiam ibidem non habeat. Si uero contra intradictum unius uel duorum in uilla ipsa adsedere præsumpserit, tunc testare illi debent, et si noluerit exinde exire, ille qui testat, cum testibus sic ei debet testare, ut inter decem noctes exinde exeat, et si adhuc post decem noctes noluerit exire, iterum debet ad ipsum uenire et testare similiter, ut iterum ad alias decem noctes exinde debeat exire, et si adhuc noluerit, iterum decem noctes ad placitum addat. et sic XXX· noctes impleat. Si nec tunc uoluerit exire, tunc manniat eum ad mallum, et testes suos in singulos mallos qui ibidem fuernt, secum habere debeat † præstos, et si ipse cui testatum est noluerit uenire, et aliqua sumis non detinuerit eum, ipse secundum legem qua diximus testatus est, tunc ipse qui testauit, super fortunam suam ponat, et roget grauionem, ut accedat ad locum et ipsum inde expellat, et si ibi aliquid elaborauit quia legem noluit audire, amittat, et insuper **malb. uuidre fa thalo** MCC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

II Si quis uero admigrauit, et ei aliquis infra XII·† menses nullus testatus fuerit, ubi admigrauit, securus sicut alii uicini † consistat.

III * Si quis uero aliam in uillam alienam migrare antequam conuentum fuerit rogauerit, * M·DCCC· den. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

De Adframire. Tit. XLIX.

I HOc conuenit obseruare ut tunginus aut centenarius mallum indicent, et scutum in ipso mallo habere debet, et postea tres homines, tres caussas demanda-|dare debent. postea in ipso mallo requirant hominem, qui ei non pertinet, et sic fistucam in laisam iactet, et ipse in cuius laisam fistucam iactauerit dicat uerbum de fortuna sua, quantum ei uoluerit dare, aut si totam,

aut si mediam fortunam suam cui uoluerit dare. Postea ipse in cuius laisam fistucam iactauit, in casa ipsius mane|nere debet et hospites tres suscipere, et de facultate sua quantum ei datur, in potestate sua habere debet. Et postea ipse cui creditum est, omnia cum testibus collectis, ista agere debet, et sic postea, ante regem, aut in mallo legittimo, illi cui fortunam suam deputauerit, reddere debet, et accipiat fistucam in mallo ipso. Et ipsum quem hæredem deputauit ante XII· menses, in laisio suo iactet nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est, et si contra hoc aliquid dicere uoluerit, tres testes habere bebet, qui iurati dicant, quod ibi fuerint in mallo, quod tunginus aut centenarius indixerunt. Et quomodo uidissent hominem illum, quod fortunam suam † donauit in laiso, illius quam iam elegerat fistucam iactare, et † dominare debent qui fistucam in laisum iactit, nec non et illum in cuius laisum fistucam iactauit, et illum quem hæredem appellauit. Similiter nominent alii testes iurati, et dicant, quod in casa illius, qui fortunam suam donauit, illi in cuius laisam fistucam iactauit, ibidem mansisset, et hospites tres uel amplius colegisset et pauis-||set, et ei ibidem gratias egissent, et in beudo p. 28 suo pultes manducassent, et testes collegissent. Ista omnia alii tres testes iurati dicere debent, quoniam in mallo legittimo uel ante regem, illi qui accepit in laisam fistucam fortunam suam donauit, et ille acceperit in mallo, hoc est, ante theada uel tunginum fortunam illam, qua † hæredem eum appellauit, publice coram omnibus hominibus fistucam in laisam ipse iactasset, et haec omnia nouem testes debent affirmare.

De Filtortis qui Salica lege uiuunt Tit. L.

I SSi quis seruum aut ancillam, caballum aut bouem, aut iumentum, aut quamlibet rem sub alterius potestate agnouerit, mittat eam in tertiam manum, et ille apud quem agnoscitur debet adrhamire, et si intra Ligerim, aut Carbonariam, aut citra mare ambo manent, et qui cognoscitur, et apud quem cognoscitur, in noctes XL· placitum faciant, et in ipso placito, quanticunque fuerint, qui rem * ipsam uendiderunt, aut cambiauerunt, aut fortasse in solutionem dederunt, omnes intra placitum istum commoneantur: hoc est, unusquisque cum negotiatoribus suis, alter alterum admoneat. Si quis uero commonitus fuerit, et sumis eum non detinuerit, et ad placitum uenire distulerit, tunc ille cum quo negotiauit mittat tres testes, quomodo ei maniauerit, quod ad placitum ueniat. Et alios tres similiter habeat, quod publice cum eo negotiarit, istud si fecerit, exuit se de latrocinio, ille autem qui amonitus non uenerit, si super eum te-

stes iurauerint, erit latro et fur illius qui res suas agnoscit, et pretium ei reddatur, et omnia secundum legem componat, † cum quo negotiauit. Ista omnia facere debet, in mallo, ubi ipse rhamallus esse uidetur, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata. Quod si trans Ligerim aut Carbonariam ambo manent, ille apud quem res agnoscitur, in noctibus LXXX· lex ista custodiatur.

De falso Testimonio. Tit. LI.

I SI quis falsum testimonium prębuerit DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

II Si cuicunque aliquid imputatum fuerit, quod aliquid periuratus sit, et non potuerit adprobari DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

III * Si alicui fuerit imputatum, quod se periurasset, et hoc qui imputauerit, adfirmare poterit, tres de ipsis coniuratoribus periuri, unusquisque ad illorum DC· denar. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. Alii uero qui super tres fuerint, singuli quinis solidis id est, CC· den. culpabilis iudicentur, ipse uero cui imputatum fuerit, excepta caussa, uel capitale et delatura CC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

De Testibus adhibendis. Tit. LII.

I SI quis testis necesse habet, † ut donet, et fortassis testis non uult ad placitum uenire, ille qui eos necessarium habet, manire illos debet cum testibus, ut de eo quod uiderunt testimonium præbeant, et si uenire noluerint, et eos sumis non detinuerit, unusquisque illorum DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

II Si uero presentes in testimonium fuerint uocati, et ea quę uiderunt, testimonium præbere noluerint, et perbanniti fuerint, DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. ‖

p. 29

De fide facta. Tit. LIII.

I SI quis ingenuus aut lidus, alteri fidem fecerit, et noluerit soluere, tunc ille cui fides facta est, in noctes XIIII· siue XL· aut quomodo placitum fecerit, is qui fidem dedit, ad domum illius, qui fidem accepit cum testibus uenire debet, uel cum illis qui precium adpretiare debent. Si is fidem factam noluerit soluere, DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

II Si uero adhuc supra dictum debitum soluere noluerit, debet eum manire et **neſti|gãtio** sic admallare. Rogo te tunzino,

ut **ne iſtigante** gassachio meum illum, qui mihi fidem fecit, legittimum enim mihi debet debitum (et nominare debet, quale debitum debeat, et unde fidem fecit) secundum legem Salicam mihi adstringas. Tunc tunzinus, dicere debet. Ego **neſtigantio** gasachio illo tuo in hoc mallo, quod lex Salica habet, et tunc ipse cui fides facta est debet testificare, ut nulli alteri nec soluat, nec pignus donet solutionis, antequam impleat, quod fidem fecit, et sic festinantes ipsa die ad domum illius qui ei fidem fecit, cum testibus ambulare debet, et rogare ut debitum suum illi soluat, et si hoc noluerit, solem ei † collocet, et si ei solem collocauerit, tres solidos super debitum addat, et sic usque ad tres uices, per tres † manitas facere debet, et super tres uices, ista omnia facta si noluerit componere, usque ad nouem solidos debitum ascendat, id est, ut per singulas admonitiones uel solem † collocatum terni solidi accrescant.

III Si uero nec fidem factam ad placitum legittime factum uoluerit persoluere, tunc ille cui fides facta est, ambulet ad grauionem loci illius, in cuius pago manet, accipietque fistucam et dicat uerbum. Tu grauio rogo te, homo ille qui mihi fidem fecit, quem legittime habeo † admallatum secundum legem Salicam, et in hoc quod lex Salica habet et continet, Et ego super me, et super fortunam meam pono, quod securus mitto super fortunam suam manum. Et dicat de quanta caussa quantum ei fidem fecerit. Tunc grauio roget septem rathmiburgios, qui secum ambulent, ad domum illius qui fidem fecit, dicat si præsens est, uoluntate tua solue homini isto, de eo quod ei fidem fecisti, et elige duos ex his, quos uolueris, quibus cum quod soluere debes, adpreciato et hoc quod debes secundum iustum precium solue et satisfac. Quod si audire noluerit præsens, aut si absens fuerit, statim rathimburgii adpreciato precio, et quod debito secundum iustum precium satisfaciat, et quantum ualuerit debitum quod debet, hoc de fortuna sua tollat et ipsa lege, duas partes ille cuius caussa est, ad se reuocet et tertiam partem in frido grauio ad se recolligat, si tamen fridus, uim de ipsa caussa non fuit solutus.

IIII Si grauio inuitatus fuerit, et non uenerit, si sumis eum non detinuerit, aut certa ratio dominica eum non distulerit ut ibi non ambulet, neque mittat, ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de uita componat.

De Andocmito. Tit. LIIII.

I SI quis grauionem ad res alienas tollendum inuitauerit † et eum legittime iachtiuum aut admallatum non habuerit, qui

eum rogat, ut iniuste aliquid † tollat, antequam eum per legem habeat admallatum, aut consecutum quod ei in mallo fidem fecisset, VIII M· den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

II Si uero grauio inuitatus ad alterius caussam, † supra legem aut debitum aliquid † prȩsumpserit, aut uuereguldum suum redimat, aut de uita componat. ‖

p. 30

De Rem prȩstata. Tit. LV.

I SI quis alteri de rebus suis aliquid præstiterit, et alius ei reddere noluerit, sic debet eum mallare. Cum testibus ad domum illius, cui rem suam prȩstitit, accedat, et sic contestetur ei. Quia res meas noluisti reddere quas tibi prȩstiti, in hoc, eas tene nocte proxima, quod lex Salica continet: et sic ei solem collocet, et si nec tunc uoluerit reddere, adhuc super VII. noctes similiter facere debet: et si nec tunc uoluerit reddere, ad alias septem noctes similiter facere debet. et si nec tunc uoluerit reddere, ad alias septem noctes id faciat. Post quas ad hunc cum testibus uenire debet, et roget, ut sibi debitum suum reddat, et si nec tunc reddiderit, solem ei collocet, et si per tres uices solem collocauerit, et si nec tunc reddere uoluerit, aut fidem facere super illos VIIII. solidos, qui per tres amonitiones adcreuerunt, super debitum superius adhuc amplius **malb. Tauthe** DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

De † manu ab Æneo redimenda. Tit. LVI.

I SI quis ad † inium mallatus fuerit, et forsitan conuenerit, ut manum suum redimat, * et iuratores donet, et si talis caussa est, de qua si legittime conuictus fuisset XV. sol. componere deberet, tunc CXX. den. qui faciunt sol. III. manum suam redimat quod si amplius, ad manum suam redimendam dederit, fredus exinde soluatur grauioni quantum de ipsa caussa si conuictus fuisset. Si uero maior caussa est, unde MCC· den. qui faciunt sol. † XXX· poterat cõponere et conuenit, ut manum suam redimat CCXXXX· qui faciunt solid. † VI· manum suam redimat. Quod si amplius dederat, fredum soluat, quantum si de caussa conuictus fuisset. Si uero maior culpa fuerit, unde si probatus fuisset MMD. den. qui faciunt sol. LXII· cum dimidio culpabilis iudicetur, et conuenit ut manum redimat DC· den. qui faciunt sol. XV· soluat, quod si amplius dederit, fredus exinde * soluatur, tantum quantum si de caussa illa probatus fuisset. Ista redemptio usque ad leudem permanet. Si uero leudi alteri imputauerit et eum ad † æneum habet amallatum, et conuenit ut manum suam redimat, solid. XXX· donet. quod si amplius dederit † fredus de ipso leudi soluatur.

De Grauione occiso. Tit. LVII.

I SI quis grauionem occiderit XXIIII M. den. qui faciunt solid. DC· culpabilis iudicetur.

II Si quis † sagbaronem, aut grauionem, qui puer regius fuerat XII M. den. qui faciunt sol. CCC· culpabilis iudicetur.

III Si quis sacebaronem qui ingenuus est, et se uel alium sacebaronem posuerit, occiderit, XXIIII M. den. qui faciunt solid. DC· culpabilis iudicetur.

IIII Sachibarones uero, in singulis mallebergiis plusquam tres esse non debent, et si † de caussa illi aliquid sanum dixerint, penitus grauio nullam habeat licentiam remouendi. ‖

De Corporibus exspoliatis Tit. LVIII. p. 31

I SI quis corpus occisi hominis, antequam in terram mittatur *exspoliauerit, **malb. cheo moſido** MMD· den. qui faciunt solid. LXII· et dimidium culpabilis iudicetur Et antiqua lege, si corpus iam sepultum exfodierit et exspoliauerit, **uuarguſ** sit, usque in diem, qua cum parentibus ipsius defuncti conuenerit, et ipsi pro eo rogent, ut inter homines liceat ei accedere. et quicunque antea ei aut panem, aut hospitale, siue uxor sua, siue proxima, ei dederit DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur. Tandem auctor ex scelere, qui hoc admisisse probatur **malb. thurni | chale** VIII M. den. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

II Si quis hominem mortuum, super alterum in petra, aut in † naufo miserit, **malb. idulgus** sol. XXXV· culpabilis iudicetur.

III Si quis † tombam, super mortuum hominem exspoliauerit, **malb. Turnicha|lis** DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

IIII Si quis che rifta duna super hominemm mortuum capulauerit, **malb. man|doado,** aut **ſilaue,** quod est † porticulus, super hominem mortuum deiecerit de unaquaque **malb. chreo † burgio** DC· den. qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur.

Si quis basilicam super hominem mortuum expoliauerit, **malb. chre ottar ſino** MCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpabilis iudicetur. excepto capitale et delatura.

De Despectionibus Tit. LIX.

I SI quis ad mallum uenire dispexerit, aut quod ei a rathinburgiis fuerat indicatum adimplere noluerit, si nec de compositione nec ad eneam, nec de ulla lege fidem facere uoluerit, tunc ad regis præsentiam ipse manniri debet, et ibidem cum

duodecim testibus ire debet, qui per singula placita iurati dicant, quod ibidem fuissent ubi rathiburgii ei indicauerunt, ut ad ęneum ambularet, aut per compositionem fidem faceret, et ille dispexerit. Iterum alii tres iurare debent, quod ibidem fuissent, post illam diem, quo ei rathenburgii indicauerunt, aut per eneum aut per compositiones se educeret. hoc est de illa die, in quadraginta noctes in mallobergo iterum solem collocauerit, et nullatenus legem uoluerit implere. Tunc eum debent mannire ante regem in XIIII· noctes, et tria testimonia iurando dicant, quod eum mannisset, et si nec tunc uenerit, ista omnia nouem testimonia iurati dicant, sicut superius diximus. Similiter illa die si non uenerit, collocent ei solem iterum, et illa tria testimonia quæ ibidem fuerint ubi collocauerit solem. Tunc cum ista omnia impleuerit, qui eum admallat, et ille qui admallatur ad nullum placitum ueniret, et pro lege se educere noluerit, tunc rex ad quem mannitus est † extra sermonem ponet, et ita ille culpabilis, et res suæ erunt in fisco, aut eius cui fiscus dare uoluerit, et quicunque ei aut panem dederit, aut in hospitalitatem collegerit, siue sit † uxor sua, aut proxima DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur, donec omnia secundum legem, ea quæ illi iniuncta sint componat.

II Si quis alterum in mallo per legem uicerit, et is fidem facere dispexerit, aut precium soluere, tunc rathinburgii eum debent attendere, secundum legem qualis caussa esse uidetur, et ille qui eum mallauit ad casam suam ei nunciare debet, precium aut debitum, et si tunc ei satisfacere noluerit, tunc per legem debet attendere, et postea, grafio ad casam suam inuitari, ut quod lex est, is de caussa et rebus suis secundum legem referat. ‖

p. 32

De Rathin burgiis Tit. LX.

I SI qui rathinburgii legem uoluerint dicere in mallebergo residentes, cum caussa inter duos discusserint, debet eis qui caussam requirit dicere. Dicite nobis legem Salicam. Si illi tunc noluerint dicere, tunc iterum qui caussam requirit, dicit. Vos tangano, ut mihi et isto legem dicatis. bis aut tertio hoc debet facere Si uero illi noluerint dicere, tunc qui caussam repetit debet dicere, Ego uobis tangano usque quo mihi legem dicatis Salicam. tunc septem de illis rathēburgiis, collocato sole, IX· solid. culpabilis unusquisque iudicetur. Quod nec sic legem dicere uoluerint, nec soluere, nec fidem facere, tunc solem illis iterum collocet, et sic postea XV· solidis unusquisque culpabilis iudicetur. Si uero rathinburgii non secundum legem iudicauerunt Salicam his contra quos sententiam dederunt, solidos XV· soluant.

II Si uero rathenburgii illi legem dixerint, et ille contra quem dixerunt, eis contradicat, et hoc sustinere noluerit eos enim contra legem iudicasse sibi putat, et id comprobare non poterit, unicuique de septem rathinburgiis DC· denar. qui faciunt solid. XV· soluat.

De Chren ceude Tit. LXI.

I SI quis hominem occiderit et in tota facultate non habuerit, unde totam legem impleat. Duodecim iuratores dabit, quod nec subtus terram, neque supra terram, plus de facultate habeat † quam donauit. Et postea debet in casam suam intrare, et de quatuor angulis terræ puluerem in pugno colligere et postea in duropello stare et intus casam cuptare debet, et sic de sinistra manu trans suas scapulas iactare super proximiorem parentem. Quod si iam pater, aut mater, seu frater pro ipso soluerunt, super sororem tunc matris, aut super eius filios debet illam terram iactare· quod si isti non fuerunt, super tres de generatione patris et matris, qui proximiores sunt· et postea in camisia discinctus, discaleatus, palo in manu supra sepem salire, ut pro medietate quantum pro compositione deberet, aut quantum lex addicat, illi tres soluant de materna generatione. hoc et illi alii, qui de paterna generatione ueniunt, facere debent.

II Si uero aliquis ex illis pauperior fuerit, et non habet unde integrum soluat debitum, quicunque de illis plus alio habet exsoluat, et iterum super illum chrene chruda ille qui est pauperior iactet, ut ille totam legem soluat. quod si hic etiam non habet, ut legem soluat et totam legem componat, tunc illum qui homicidium fecit tollit, qui eum in fide sua habet, et per quatuor mallos præsentem faciat, et si eum per compositionem aut fidem nullus suorum tulerit, hoc est, eum redimat, aut pro eo persoluit, tunc de uita componat.

III At præsentibus temporibus, si de suis propriis rebus non habuerit, unde transoluere, aut se de lege defensare, possit omnis caussa superius comprehensa, ad caput suum pertinet obseruare.

De Alodis Tit. LXII.

I SI quis mortuus fuerit, et filios non dimiserit, si pater aut mater superstites fuerint, in ipsam hæreditatem succedant.

II Si pater et mater non superfuerint, et fratrem aut sororem dimiserit, in hæreditatem ipsi succedant. ‖

III Si isti non fuerint, tunc soror matris in hæreditate p. 33
succedat.

IIII Si uero soror matris non fuerit, sic soror patris in hæreditate succedat.

V Et postea sic de illis generationibus, quicunque proximior fuerit, ipsi in hæreditate succedant qui ex paterno genere ueniunt.

VI † DE TERRA VERO SALICA, IN MVLIEREM NVLLA PORTIO HAEREDITATIS TRANSIT, SED HOC VIRILIS SEXVS ACQVIRIT, HOC EST, FILII IN IPSA HAEREDITATE SVCCEDVNT· SED VBI INTER NEPOTES AVT PRONEPOTES, POST LONGVM TEMPVS, DE ALODE TERRAE CONTENTIO SVSCITATVR, NON PER STIRPES, SED PER CAPITA DIVIDANTVR

De eo qui se de Parentilla tollere uult. Tit. LXIII.

I SI quis de parentilla tollere se uoluerit, in † mallum aut in tunchinium admallare debet, et ibidem quatuor fustes aluinos super caput suum frangere debet in quatuor partes, et illas in mallo iacere debet et ibi dicere· Quod se et de iuramento et de hæreditate, et de tota † ratione illorum tollat, et sic postea, si aliquis de suis parentibus, aut moriatur, aut occidetur, nulla ad illum compositio hæreditatis perueniat. simili modo: si ille moriatur, ad suos parentes non pertineat caussa nec hæreditas eius, sed amodo cum duodecim iuratoribus se exinde educat. *

De Harouueno Tit. LXIIII.

I SI quis alteri de manu aliquid per uim tulerit, et raubauerit, aut exspoliauerit MCC· den. qui faciunt sol. XXX· culpabilis iudicetur, et rem pro capitale restituat.

II Si uero † quicunque desuper hominem aliquid in tertia manu miserit, et ei per uirtutem aliquid tulerit **malb. charouueno** M·CC· den. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

De compositione Homicidii Tit. LXV.

I SI cuiuscunque pater occisus fuerit, medietatem filii in compositione colligunt, et aliam medietatem parentes, qui proximiores fuerunt, tam de paterna quam de materna generatione diuidunt. Quod si de paterna uel materna parte nullus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perueniat, uel cui fiscus concederit.

De homine in hoste occiso Tit. LXVI.

I SI quis hominem occiderit in hoste, tripla compositione componatur sicut in patria componere debuit.

II Si quis hominem ingenuum qui lege Salica uiuit in hoste, in companio, de companiei suorum occiderit, secundum quod in patria si ipse occisus esset componere debuisset, in triplo componat.

III Si quis hominem ingenuum, qui Salica lege uiuit, in hoste occiderit, **malb. ‖ leudardi tres pellia** XXIIII M. den. qui p. 34 faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur.

III Si uero in triste dominica, ille qui occisus est, occisus fuerit, **mal. leudardi tres | pellia** LXXII M. denar. qui faciunt sol. MDCCC· culpabilis iudicetur.

De Herburgium Tit. LXVII.

I SI quis alterum cheruioburgum, hoc est strioportium clamauerit, aut illum qui inium dicitur portasse ubi strias cocinant * et eum conuincere non poterit, MMD· den. qui faciunt solid. LXII· et dimidium, culpabilis iudicetur.

II Si quis mulierem ingenuam striam clamauerit, aut meretricem, et conuincere non potuerit, VII MD· denarios, qui faciunt solidos CLXXXVIII· culpabilis iudicetur.

III Si stria hominem comederit et conuicta fuerit VIII M. denar. qui faciunt sol. CC· culpabilis iudicetur.

De Caballo excorticato. Tit. LXVIII

I SI quis caballum extra consilium domini sui decorticauerit, **malb. leudardi** DC· qui faciunt solid. XV· culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. et si confessus fuerit, capitale tantum restituat. Si uero negat et conuictus fuerit, solidos XV· componat.

De eo qui Hominem uiuum de furca tulerit. Tit. LXIX.

I SI quis hominem uiuum de furca tollere præsumpserit et fuga lapsus fuerit, ille qui eum tulerit, aut uitam pro ipso amittat, aut VIII M· den. qui faciunt solidos CC· culpabilis iudicetur.

II Si uero quis hominem mortuum de furca sine uoluntate aut consilio iudicis, aut ipsius cuius caussa est tulerit, pro culpa qua suspensus est, quicquid exinde lex docuerit, ille qui eum tulerit culpabilis iudicetur.

III * Si quis hominem de bargo uel de furca dimiserit sine uoluntate iudicis MDCCC· den. qui faciunt sol. XLV· culpabilis iudicetur.

IIII * Si quis sine consensu iudicis, de ramo ubi incrocatur, deponere præsumpserit ·MCC· denar. qui faciunt solid. XXX· culpabilis iudicetur.

De eo qui Filiam alienam acquisierit et se retraxerit. Tit. LXX.

I SI quis filiam alienam ad coniugium quæsierit, præsentibus suis et puellæ parentibus, et postea se retraxerit, et eam accipere noluerit, **malb. frifra figena** MMD· denarios, qui faciunt solidos LXII· et dimidium culpabilis iudicetur. ‖

p. 35

De Basilica incensa. Tit. LXXI.

I SI quis uoluntario ordine, aut fortasse per negligentiam, basilicam incenderit, **malb. alu trude theo tidio.** VIII·M· den. qui faciunt sol. CC.

De terra Commendata Tit. LXXII.

I SI quis alteri auicam terram suam commendauerit, et ei noluerit reddere, si eum admalluerit et conuinxerit. DC · den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

De cultello Sexxaudro. Tit. LXXIII.

I SI quis alteri cultellum furauerit, et ei fuerit adprobatum, ipsum in loco restituat, et insuper DC· den. qui faciunt sol. XV· culpabilis iudicetur.

De Chreodiba. Tit. LXXIIII.

I SI quis hominem ingenuum seu iu sylua, seu in quolibet loco occiderit, et ad celandum igne combusserit, XXIIII M. den. qui faciunt sol. DC· culpabilis iudicetur.

II Si quis antrussionem uel fœminam taliter interfecerit, aut celauerit, aut igne cremauerit. LXII MD· den. qui faciunt sol. MDCCC· culpabilis iudicetur.

De muliere Grauida occisa. Tit. LXXV.

I SI quis mulierem grauidam occiderit, XXIIII M· den. qui faciunt solid. DC· culpabilis iudicetur. Et si probatum, fue-

rit, quod partus ille puer fuerit, simili conditione pro ipso puero DC· solid.. culpabilis iudicetur.

II Si quis puellam intra duodecim annos, usque ad duodecimum impletum occiderit, sol. CC· culpabilis iudicetur.

III Si uero maiori ætate usque ad sexagesimum annum, quo usque partum habere potuerit, occiderit, XXIIII M· den. qui faciunt solid. DC· culpabilis iudicetur.

IIII Si postea fuerit occisa, quando iam partum amplius habere non potuerit, sol. CC· culpabilis iudicetur.

De Antrussione. Tit. LXXVI.

I Si antrussio antrussionem de quacunque caussa admal- [illegible] potuerit, [illegible] super septem [illegible] rogare debet, ut ante iudicem ad mal- [illegible] de causa [illegible] respondendo debeat con- [illegible] Si eis [illegible] non [illegible] aut iste uenire distulerit, [illegible] admallauerit, [illegible] debet. Sic postea [illegible] XIIII eum rogare debet, ut ad illum [illegible] debeat uenire ad [illegible] responsum, et qui admal- [illegible] eum admallauit, si causa minor [illegible] XXX solid. componatur, debet [illegible] postea qui rogatus fuerit, si se ex [illegible] postea cum duodecim per sacramenta [illegible] Si uero maior caussa fuerit quam XXXV [illegible] maior numero superest, [illegible] solid. non iudicentur; ipse qui eum [illegible] et ille qui rogatus est, [illegible] decimo datis sacramentis [illegible] caussa unde XXV sol. aut [illegible] ipse qui eum roga- [illegible] et ipse qui rogatus est, [illegible] quintus datis sacra- [illegible] eum rogatum ha- [illegible] uirare, et ipsas [illegible] placitum uenire [illegible] mittere noluerit, quicun- [illegible] per sacramenta [illegible] in aeneum [illegible] distulerit, tunc ille [illegible] debet, ad ipsam [illegible] Si nec ibi se [illegible] solem collocet, [illegible] XIIII rogare debet.

et ibidem duodecim testes ponere, qui per singulas uices tres iurati dicant, quod ibi fuissent, ubi illi amonitio ad XIIII· noctes solem collocasset, et ille de sacramento se non absoluat, nec manum suam pro leude in æneum posuisset. Similiter et alii tres testes dicant, quod in XL· noctibus sole ei collocato, et ille nullatenus de antrussione gauialto estre legibus dixisset. At tertia uice tria testimonia similiter dabit, qui dicant qualiter eum ad præsentiam regis uenire rogasset, et si nec tunc uenerit, ipsa nouem testimonia sicut superius diximus iurati, dicant. Similiter illa die, si non uenerit, collocet ei solem, et illa tria testimonia, quæ ibi fuerant quando sol collocabatur. Si ista omnia impleuerit qui eum admallat, et ille qui admallatur, ad nullum placitum uenire uoluerit, tunc rex ad quem mannitum est, eum extra sermonem suum ponat, et quicunque eum aut pauerit, aut hospitium illi dederit, si fuerit uxor propria, sol. XV· culpabilis iudicetur, donec omnia quæ illi imputantur legibus componat.

II Si antrusio antrussionem pro qualibet caussa manierit, aut fideiussorem quæsierit, et eum secundum legem non rogauerit sol. XV· culpabilis iudicetur, excepto quod prætermittit caussa illius anno integro nullatenus terminetur.

III Si antrussio contra antrussionem testimonium iurauerit, sol. XV· culpabi. iudicetur.

De eo qui in aliena domo resedit. Tit. LXXVII.

I SI quis super ingenuum in domo sua resedit, aut alius ingenuus, uolũtate sua, lapidem super tectum iactauerit, in illius contumeliam, uel aliorum quicũque in domo sua resederunt, pro unaquaque persona quinos denarios solid. culpabilis iudicetur.

II Si certum fuerit, qui iactauerit, et illud fecerit, VII· sol. culpabilis iudicetur.

In quantas caussas Thalaptas debeant iurare, Tit. LXXVIII.

I SI amplius iurauerit, quam tres caussas, rem illam in capite perdat, et quantum lex de caussa illa habuerit, culpabilis iudicetur, et de illis qui iurauerunt tres, qui seniores fuerunt, XV· sol. culpabilis iudicentur, et reliqui iuratores quinis solidis cõponant. Possunt autem iurare, de dote, de re in hoste perdita, et de homine qui in seruitium reuocatur.

De Delatura. Tit. LXXIX

I SI quis hominem occiderit, et quod lex habuit pro eo dederit, solid. XXX· pro delatura componat.
II De puero aut liberto, solid. XV. |
III De furtibus uero aliis, VII· sol. p. 37
IIII Causæ uero dominicę, in triplo componuntur.

Incipiunt Chunnas. Tit. LXXX.

I HOc est **unum Thoa lafthi,** solid. III· culpabilis iudicetur.
II **Sex anchunna** solid. XV· culpabilis iudicetur.
III **Septun chunna** sol. XVII· culpabilis iudicetur.
IIII **Theu vualt chunna** sol. XXX· culpabilis iudicetur,
V **Thue ſepten chunna** ·solid. XXXV· culpabilis iudicetur.
VI **Theu vuenet chunna** sol. XLV· culpabilis iudicetur.
VII **Tho to condi vueth chunna.** sol. LXII· et dimidio, culpabilis iudicetur.
VIII **Fit ternu ſunde,** sol. C· culpabilis iudicetur.
IX **Acto & uſunde,** sol. CC· culpabilis iudicetur.
X **Theio tho ſunde ter theo chunna,** sol. DC· culpabilis iudicetur.
XI **Fit terno ſunde thue aptheo chunna,** sol. DCCC· culpabilis iudicetur.

Epilogus.

SCiendum autem est, quod in quibusdam legibus Salicæ, inueniuntur Capitula principalia LXV· in aliis LXX· in nonnullis LXXX· etiam paulo plus aut minus. Sunt qui habeant compositiones CCCLVIII· ac etiam plus minusue. Inquirendum igitur erit in compositionibus legis Salicæ, quid uarietatis, et quem numerum minimum, quem maximum habeant. Diuisiones namque compositionum sunt, CCCLVIII· Varietates autem XXXI· quæ ita inueniuntur. Incipiunt autem a VII· denariis: ut

I Si quis agnum furauerit. I
Inde ad X· denarios uenit, ut
II Si quis alterius messem damnauerit. I
Inde ad solidum unum, ut
III Qui porcellum, qui sine matre. et reliqua. I
Inde ad solidum unum et tremissem, ut
IIII Qui alterius seruum cędit. I
Inde ad solidos III· ut.

V Si quis tres capras furauerit, et hęc cõpositio XLIII·
in locis habetur. XLIII
Inde ad III· solidos et denarium unum, ut
VI Si quis uiduam in coniugium sociare uoluerit. et re-
liqua. I ||
p. 38 Inde ad solidos quinque.
VII Hi sunt qui in raptu soluunt cõpositionem. et hęc
cõpositio habetur in 2. locis. II
Inde ad solidos sex,
VIII Pro redemptione serui, ut non castretur. et hęc cõpo-
sitio in 5. locis habetur. V
Inde ad solidos VII· et denarium, ut
IX Si quis scrouam subbattit in furtum. I
Inde ad solidos VIII· ut
X Si quis alterum de clauso pugno. et hæc cõpositio
in 5. locis habetur. V
Inde ad solidos XII· et denarium, ut
XI Si quis ministerialem in mortis periculo. I
Inde ad solidos XV· ut
XII Si quis sponsam alterius tulerit. hęc cõpositio in
locis 93. habetur. XCIII
Inde ad solidos XVII· cum dimidio, ut
XIII Si quis alterius uaccam furauerit. hęc cõpositio in
4. locis habetur. IIII
Inde ad solidos XXII· cum dimidio, ut
XIIII Si quis tributarium Romanum in pelagus. I
Inde ad solidos XXV· ut
XV Si quis seruum ministerialem occiderit. hęc cõpositio
in 2. locis habetur. II
Inde ad solidos XXX· ut
XVI Si quis ancillam furauerit. hec cõpositio in 26. locis
habetur. XXVI
Inde ad solidos XXXV· ut
XVII Si quis alterius seruum furauerit. hęc cõpositio in
29. locis habetur. XXIX
Inde ad solidos XLV· ut
XVIII Si quis vuarauionem furauerit. hęc cõpositio in locis
41. habetur. XLI
Inde ad solidos L· ut
XIX Si quis Romanum in pelagus. I
Inde ad solidos LXII· et dimidium, ut
XX Si quis hominem uult percutere gladio. hęc cõpositio
in 38. locis habetur. XXXVIII
Inde ad solidos LXX· ut

XXI Si quis seruum aut ancillam de ministerio. I
Inde ad solidos LXXV· ut
XXII Si quis seruum ministrantem in hoste occiderit. I
Inde ad solidos XC· ut
XXIII Si quis taurum regis furauerit. hęc cõpositio in 3. locis habetur. III
Inde ad solidos C· ut
XXIIII Si quis Romanum occiderit. hæc cõpositio in 31. locis habetur. XIII
Inde ad solidos CLXXXVII· et dimidium, ut
XXV Si quis mulierem striam clamauerit. I
Inde ad solidos CC· ut
XXVI Si quis hominem ingenuum occiderit. hęc cõpositio in 25. locis habetur. XXV
Inde ad solidos CCC· ut
XXVII Si quis litum in hoste occiderit. hęc cõpositio in 2. locis habetur. II
Inde ad solidos DC· ut
XXVIII Si quis hominem ingenuum in hoste. hęc cõpositio in II. locis habetur. XI
Inde ad solidos DCC· ut
XXIX Si quis mulierem habentem in utero.
Inde ad solidos DCCCC· ut
XXX Si quis Romanum uel litum in truste.
Inde ad solidos MDCCC· ut
XXXI Si quis hominem in truste dominica. hęc cõpositio in 2. locis habetur. II

Lesarten am Rande der Heroldina.

S. 39, 5 † ritu detineretur barbaro ‖ 7 † dictauit legem Salicam per proceres ‖ 9 † Arogast. ‖ 21 † propitiante pietate concedat.

Tit. I 1 † manit per simplex n. ‖ 10 † nam si in iussione regis

II 2 † et inde fuerit conuictus ‖ 5 † priserit ‖ 11 † in campo inter porcos. ‖ † adtendente ‖ 17 † subbatit in furtum, hoc ést porcellos a matre subtrahit ‖ 21 † XVII· et dimidium et bene ‖ 23 † annicolatum ‖ 23—24 † **Zymifenga|no** solid. XV· ‖ 32 † et de grege illo amplius non fuerit. ‖ 36 † si autem aliqui ex iisdem porcis super XXV· porcos remanserint. et non fuerint furati.

IIII 3 † berbicem. ‖ 6 † qui numerus usque ad XL· uerueces obseruetur. ‖ 9 † aut LX·

V 2 † **afres** siue **lã** | **phebros**, uel **pectis.**

VI 1 † seusium melius seugium. ‖ 2 † **troci uui-|thier cunni** MDccc· den. qui faciunt solidos XLV· ‖ 7 † **reppopha-|no** ‖ 14 † **leodardi.**

VII 4 † **malb. uuela | pe urthefoc | la uueiano | anthedio.** ‖ 25 † SI quis turturem de rete aliena furauerit, aut quamlibet auiculam de quolibet laqueo uel decipula furatus fuerit CXX den. qui faciunt sol. III·

VIII 1 † pomarium siue quamlibet arborem. ‖ 2 † aut extra clausuram. ‖ 9 † materiam.

IX 1 † unum uas apium deintro claue aut sub tecto.

X 2 † penitus id ledere. ‖ 3 † locum ‖ † ipse uero debile quod percussit ‖ 4 † inde fuerit conuictus ‖ 7 † in furtu. at male. ‖ 16 † et hoc domino eius confessus fuerit ‖ * *et illud debile ad se recolliget.* ‖ 17 † et ei fuerit adprobatum ‖ 33 † aperuerit ‖ * *Vel in uineam*

XI 18 † puerum uel puellam de ministerio dominorum

XII 1 † quod ualet duas denarios. ‖ 5 † M·CC· den. qui faciunt sol. XXX· ‖ 10 * *quinque aut*

XIII 2 † flagellis centum ‖ † pro dorso suo ‖ 8 † destruxerit

XIIII 2 * *Vnusquisque eorum.* ‖ 4 † Illi alii qui super tres fuerint unusquisque eorum ‖ 18 † Sponsam alienam ‖ 23 † Quę druthe ducitur ad maritum in uia ‖ 27 † Priserit capulauerit alias ‖ 28 † **Onemo.** ‖ † Cum ipsa in seruitio permaneat · implicetur alias.

XVII 1 † in superuentu ‖ 24 † aufa ‖ 30 * *ingenuum hominem furtu.*

XVIII 1 * *et omnes qui cõuicti fuerint quod in cius cõtubernio fuissent MMD· den. qui faciunt sol. LXII· cum dimidio culpabilis unusquisque eorum iudicetur.* ‖ 8 * *ucl superuenti*

XIX 2 † fuit ‖ 32 † **bicha big-|geo**

XX 6 * *in capitc* ‖ 7 * ***leodardi*** ‖ 9 † ut inde tria ossa ‖ 16 † ad sanitatem non peruenerit ‖ 27 † clausa manu·i·pugno. ‖ 30 † cœperit

XXII 9 † euaserit

XXIII 3 † exstrinxerit ‖ 6 † miserit. ‖ † strinxerit

XXIIII 1 † sine permissu ‖ 2 † et ‖ 6 † nauem uel ascum

XXVI 1 † sine permissu

XXVII 9 † si quis messem alienam tripauerit aut mederit. ‖ 15 † in campo alieno linum. ‖ 21 † laborem. ‖ 23 † discurrauerit. ‖ 38 † ad anguillas capiendas ‖ 41 † tremaclum ‖ 58 † aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, uel arantem foras uasta-

[illegible] | 11 [illegible] | [illegible] — Si quis in ecclesia furtum [illegible] et non [illegible] et [illegible] per [illegible] | 24 — [illegible] mi.

XXXV 1 — [illegible] aut non [illegible] | 4 — **murdarda & theremarta** | 13 — *aut uxor quam habuit uiuere aut uelum non uxorem accipere* | 21 — [illegible] mina minus quam [illegible] habere possit.

XXXI 2 — **theodalma mirtica.**

XXX 1 — *de quod [illegible] uxorem suam a uiro [illegible]* | 3 — [illegible] furtauerit.

XXX 2 — [illegible]

XXX — Si quis [illegible] nauem aut pecus [illegible] uel uestimenta [illegible] aut [illegible] uel nauem [illegible] [illegible] M- [illegible] qui [illegible] sol. [illegible]- [illegible] Si uero nauis ipsa [illegible] pependerit **malb. chamin** M-DCC- qui [illegible] sol. XLV- [illegible] [illegible] a nauis ipsa perierunt fuerit **malb. barbe** MC- [illegible] qui [illegible] sol. LXV- et [illegible] [illegible] [illegible] | 19 — [illegible] | — **reppham.** | 21 — **in ebcha-no.** | 24 — [illegible] | — [illegible] | 30 — **chana chlo-ra.** | 33 — [illegible] | — [illegible]

XXXII 11 — [illegible] in [illegible] uel [illegible] [illegible]

XXXIII 1 — Si quis [illegible] [illegible] | — [illegible]

XXXVI 1 — [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] aut [illegible] sol. XLV- [illegible] [illegible] | — [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] | 9 — **thron uido** | 12 — [illegible]

XXXVII 1 — [illegible] | 2 — *pedes eges [illegible]* | — [illegible] a [illegible] [illegible] | 4 — [illegible] | 7 — [illegible] | 10 — *quod [illegible] est*

XXXVIII 1 — *uel uestem uel [illegible]* | 6 — XXX- sol. | 9 — **flagellauerit** — Vt in XL- [illegible], [illegible] non [illegible] | 14 — **XXXV** *solidis [illegible]* si uero [illegible] XL- denarios [illegible] XV- *solidos [illegible]*.

XXXIX 2 — parentes illius possint comprobare. | — quod 3 — *si, uidelicet modo* si dominus quadrupedis non intellexerit *secundum legem se defendere.*

XL 9 — adrhamire noluerit | 12 — **fraſtathinto**

XLI 4 — II MDC- den. qui faciunt solid. XC | 13 iumentum *praegnans.*

XLII 4 — Si quis seruum alienum plagiarit -i- per circumuentionem de seruitio domini sui abstulerit

XLIII 30 — distulerit | 32 — facere debet

XLIIII 5 — solid. MDCCC- | 13 — *aut de qualibet re* — ***malb. math leud muſter*** — *aut eum incenderit* | 19 — sol. LXX- | 22 — *una* **hugo** | 29 — *aut in quolibet praecipitium ubi periculum mor-*

tis esse potuerit, impinxerit, ‖ 31 ∗ *tota leode sua cõponatur atque ita unaquæque persona, quæ maiori uel minori compositione componi debuerat, si de p̄cipitio periculo mortis euaderit, medietate leodis suæ componatur, qua cõponi debuerat, si mortuus fuisset.*

XLV 4 †in truste dominica illi iuratus qui occisus est ‖ 5 ∗ *qui eum occidisse probatur* ‖ 9 ∗ ***malb. dru-|the lennici*** ‖ 11 ∗ ***malb. ſeo | laſtaſta,***

XLVI 2 ∗ ***malb. ſeo lau|de eſthadio*** ‖ 3 † coniectent

XLVII 4 † debent tunc ipse qui uiduam accipere debet tres solidos æque pensantes et denarium habere debet, et tres erunt, qui solidos pensare uel probare debent, et hoc factum si ei conuenit, sic accipiat cui debeatur. ‖ 8 † istud

XLVIII 13 † paratos. ‖ 21 † noctes. ‖ 23 † maneat. ‖ 24 ∗ ***malb. an-|duu theocho.***

XLIX 19 ∗ dominauit alias dare uoluit, ‖ 20 † nominare debent, qui fistucam in laisum electi iactauit. ‖ 30 † appellare placuit.

L 7 ∗ *intertiatum* ‖ 17 † apud quem suas res agnoscit,

LIII 28 † culcet. ‖ 30 † nundinas. ‖ 33 † culcatum. ‖ 38 † adtiachitū

LIIII 2 † antequam gasachium suum. ‖ 3 † fiscare debeat.

LVI † manum de Inium. ‖ 1 † Aeneum. ‖ 8 † XXXV· ‖ 9 † IX· ‖ 15 ∗ *Grauioni.* ‖ 17 † inium. ‖ 19 † fredum grauioni persoluat tanquam si de ipsa caussa conuictus extitisset.

LVII 3 † Salebaronem ‖ 9 † aliqua ante illos secundum legem fuerit definita, ante grauionem eam remouere non licet, si illi securitatem prȩstiterint.

LVIII 2 *in furtum, alias per furtum.* ‖ 13 † naucho. ‖ 14 † tomolam. ‖ 18 † stafflus ‖ 19 † **bardio**

LIX 20 † extra sermonem suum eum esse diiudicet. ‖ 23 † uxor propria.

LXI 1 † nisi quod donatum habeat.

LXII 12 † De terra uero Salica nulla portio hæreditatis mulieri ueniat. sed ad uirilem sexum tota terræ hæreditas peruenit.

LXIII † **malb.** ante tunchinum aut centenarium ambulet. ‖ 5 † illorum secatione ‖ 10 ∗ *hæreditas autem eius ad fiscum pertineat, aut cui fiscus dare uoluerit.*

LXIIII 4 Si quis homini aliquid quod ei in tertiam manum missum fuerat, per uim tulisse conuincitur,

Beschreibung der Quellen.

I. Die St. Galler Handschrift 731.

Pergament-Handschrift, in groß Octav, der Stiftsbibliothek von St. Gallen Nr. 731, alte Nummer M. n. 24, von dem Franken Vandalgarius, Kanonicus der Kirche zu St. Paul zu Besançon, von Ende October bis Anfang November 794 geschriben, 0,211 m. hoch, 0,131 m. breit, enthält 342 Seiten, von welchen 1 bis 222 vierzehn Quaternionen bilden, mit A bis O bezeichnet; nach S. 146 ist ein dem Blatte S. $\frac{155}{156}$ entsprechendes mit der Scheere, ohne eine Lücke zu hinterlaßen, ausgeschnitten. Auf Quaternio O folgt die Lage

$$\frac{223}{224} \cdot \frac{225}{226} \cdot \frac{227}{228} \cdot \frac{229}{230} \mid X \; X \; \frac{231}{232} \cdot \frac{233}{234} \cdot$$

Hierauf kommen drei, mit Rq̄ · I · ⌣, Rq̄ · II · und Rq̄ · III · bezeichnete Lagen, S. 235 bis 250 (nach S. 240 und 246 ist je ein Blatt ausgeschnitten), 251 bis 266 und 267 bis 282 (nach S. 270 und 276 ist je ein Blatt ausgeschnitten); dann folgt Quinio A X · · ⌣ S. 283 bis 300 (zwischen S. 288 und 289 ist ein Blatt ausgeschnitten), Quaternio · B̃V̄ · · S. 301 bis 316; dann, mit der Bezeichnung ⌣ · ct · ⌣, die Lage

$$X \cdot \frac{317}{318} \cdot \frac{319}{320} \cdot X \cdot \frac{321}{322} \mid \frac{323}{324} \cdot \frac{325}{326} \cdot X \cdot \frac{327}{328} \cdot \frac{329}{330}$$

Den Schluß des Codex bilden die Unio 331 bis 334 und Binio 335 bis 342.

Zwanzig Zeilen haben die Seiten 61 bis 63, 301 bis 316 und 330.

Ein und zwanzig Zeilen haben S. 29 bis 60, 62, 64—236, 238, 242—292, 294—300, 317—329, 331—341 (S. 54—57, 60, 62 sind nur zwanzig beschriben).

Zwei und zwanzig Zeilen haben S. 1—28, 237, 240, 241, 293.

Drei und zwanzig Zeilen hat endlich S. 239.

Inhalt.

S. 1 bis 230 steht die Lex Romana Visigothorum.

S. 1 INCIPIVNT TITVLI LEGVM : EX CORPORE THEODOSIANI : LIBER : PRIMVS

S. 18 Expſ capitula dō gracias am̄

S. 19 I : DE CONSTITVCIONIBVS : PRINCIPVM : ET EDICTIS : QUICUMQUE legiſ· iſte · ſine diae & conſole · fuerunt · prolate · non ualiant ·;

S. 230 . . . Similit̄ &iā ex lana uel ex lino; der Rest, aus Kapitel VIIII · DE REB; puplicis siue ecclesie et TRIBUTIS & IURE RUSTICA uel ORBANA des liber Gregorius, ist mit der Scheere ausgeschnitten; nur die Anfangs- und Schlußbuchstaben sind erhalten.

